¶ Tertio dicitᷓ dn̄s rōne anihilationis: si eni vellet i nihilū cūcta redigeret. Unde Hieremias ca. ij. dicebat. Corripe me domine: verūtn̄ in iudicio ⁊ nō i furore tuo: ne forte ad nihilū rediges me. Tn̄ aliq̄ cōtra hoc arguūt: qm̄ deus est causa rerum vt sint p suā bonitatē: quia sm̄ Aug⁹. in primo de doctrina christiana. Inquantū deus est bonus sūmus. Si ergo deus nō pōt nō esse bonus: neq̄ videt q̄ possit facere vt res nō sint: ⁊ ex cōsequenti nec illas anihilarᷓ. Ad hoc rn̄det Tho. pma pte q. cētēsimaquarta. Qd̄ deus bn̄dictus nō produxit res in esse agendo ex necessitate nature. Qd̄ si eēt vez: nō posset rē aliquā anihilare: sicut nec pōt a sua natura mutari. Produxit aūt oēm creaturam ex libera voluntate ex qua esse ipsius creature dependet. Conseruat vero deus res in esse: inquantum eis continue influit esse. Sicut itaq̄ anteq̄ res essent: potuit eis non cōmunicare esse: ⁊ sic eas non facere Itaq̄ postq̄ iam facte sunt: pōt eis nō influere esse: ⁊ sic eē desisterent absq̄ preiudicio diuine bonitatis que non dependet ex rebus creatis. Et licet posset deus res anihilare: nihil tn̄ ōino in nihilū redigitur: ex eo q̄ magis manifestatur potentia diuina in rerum consideratōne q̄ i n illarū anihilatione. Ideo sapiens Ecclesiastes. iii. ca. ait. Didici q̄ omnia opera que fecit deus: perseuerent in eternuz. Dicta sunt hec de potestate dei excelsi: vt sic mortales homines āplissimū: sempiternūq̄ dn̄m eius contuentes maiestati sue subesse non repugnent. Ipse nāq̄ est deus magnus: dominus ⁊ rex magn⁹ super omnes deos. Ipse est rex regum: ⁊ dn̄s dn̄antium: cui⁹ eterna potestas: que non auferetur ab eo. Ipse est qui domat colla superba: ⁊ concidit ceruices peccatorum. Ipse deniq̄ est: de quo Paulus scripsit prima ad Thimo. primo ca. Regi seculorum imortali ⁊ inuisibili soli deo: honor ⁊ gloria in secula seculorum.

¶ Sermo secundus de simplicitate dei: contra idolatras ⁊ colentes homines: atq̄ celestis corpora.

Spiritus est deus: Et eos qui adorāt euz in spiritu ⁊ veritate adorare oportet. Saluatoris nr̄i verba sunt ista originaliter. Joannis. iiii. c. Qui deum verum rem aliquam corpoream esse suspicantur: profecto in laqueuz incidunt erroris: ⁊ pernitiosissime falsitatis. Nam licet nulla creatura eius magnitudini valeat comparari: nihilomin⁹ cuncta que corporis inde in suo esse perficiuntur: ab illius natura sunt penitus aliena. Est quidē deus vere ⁊ sūme simplex: vt Aug⁹ docet in. vj. de trinitate. Ideo tenenduz est firmiter vt scūs Tho. docet pma pte. q. iiij. Q̄ in deo non est cōpositō neq̄ partiū quātitatiuaruz: neq̄ forme ⁊ materie: neq̄ in eo ē aliud natura ⁊ suppositiuū: neq̄ aliud natura ⁊ esse. Neq̄ ē in eo cōpositio generis ⁊ differētie: neq̄ subiecti ⁊ accidētis. Sz vt facili⁹ dei simplicitatē capiamus: in pn̄ti sermone tres veritates theologicas explicabimus.

¶ Prima q̄ deus ē spiritus.

¶ Secunda q̄ in deo non est compositio forme ⁊ materie.

¶ Tertia q̄ de⁹ i cōpōnē alioz nō venit.

¶ Q̄ deus est spirit⁹: ⁊ nullo modo pōt esse corp⁹: vel aliqd corporeū. ¶ Cap. I.

Prima veritas: q̄ deus nō ē corp⁹ Hoc declaraᷓ a Tho. pma pte. q. iij. Primo qa nullū corp⁹ mouetᷓ non motum: ⁊ deus ē principiū mouens immobile. Secundo: Quia deus est id quod est nobilissimum in entibus: quod cuncti sapiētes: pfitenᷓ. Impossibile aūt

est aliquod corpus dari nobilissimū oīuz
entium. Nā corpus aut est viuū: aut nō
viuū. Corpus viuū nobiliꝰ ē corpore nō
viuo. Corpus aūt viuū non viuit inquā
tum corpus: quia sic omne corpus viue-
ret. Oportet ergo ꝙ viuat ꝑ aliquid ali-
ud: sicut corpus nostruz viuit per animā
Illud ergo per quod viuit corpus nobiliꝰ
est ꝙ̄ corpus: Quare impossibile est deū
esse corpus. Sed arguere possumus ꝙ de-
us sit corpus quinq̧ rationibus.
¶ Primo ratione attributionis.
¶ Secundo ratione figurationis
¶ Tertio ratione testificationis.
¶ Quarto ratione situatiōis.
¶ Quinto ratione terminationis.
¶ Primo arguitur ꝙ deus sit corpus ra
tione attributionis. Nam scriptura at-
tribuit deo trinā dimensionē que spectat
ad corpus. Scribit eniz Job. xi. ca. Excel
sior est celo: ⁊ quid facies profundior in-
ferno ⁊ vnde cognosces: longior terra mē
sura eius ⁊ latior mari. Sed ex huiusmōi
verbis non concluditur ꝙ deus sit corpꝰ:
quia sacra scriptura cū trinā dimensionē
deo tribuit sub similitudine quantitatis
corporee: quantitatē ipsius virtualē desi-
gnat: vtputa per profunditatē: virtutem
cognoscēdi occulta. Per altitudinē excel
lentiā maiestatis super omnia. Per lon-
gitudinem durationē sui eē. Per latitu-
dinem affectū dilectionis ad omnia. Vel
vt Dionysius dicit i libro de diuinis no-
minibus. Per profunditatē dei itelligit
incōprehensibilitas essentie eius. Per lō
gitudinē processus virtutis oīa penetran
tis. Per latitudinem superextēsio eiꝰ ad
omnia inquantū .s. sub eius ꝓtectōne oīa
cōtinent. ¶ Secūdo possumus arguere:
ꝙ deus sit corpus ratione figurationis:
Omne nāq̧ figuratiuū est corpus: cū fi-
gura sit qualitas circa quantitatē. Deus
autem videt esse figuratꝰ. Nā Genesis
primo ca. dixit. Faciamus hoīem ad ima-
ginē ⁊ similitudinē nostrā. Figura vero
dicitur esse imago: sed ex hoc nō concludi
tur ꝙ deus sit corpus: quia hō dicit eē ad
imaginē dei non ſm corpꝰ sed ſm id quo
hō excellit alia aīalia: quantū ad rōnē ⁊ in
tellectū: que sunt res icorporee. ¶ Tertio
arguimus ꝙ deus sit corpus rōne testifi-
cationis. Testatur eni scriptura deū habe
re partes corpis. Vnde in ps. dicit. Ocu-
li dñi super iustos: ⁊ aures eius in preces
eoꝝ. Et iterū. A facie dñi mota est terra.
Et Job. x. ca. Manus tue dñe fecerūt me
¶ Ad hoc rñdemꝰ ꝙ locutōes huiusmōi
metaphorice sūt accipiēde: partes quidē
corporee atttribuūt deo rōne suoꝝ actuū:
ſm quandā similitudinē: sicut actus ocu-
li est videre. Vnde oculus de deo dictus
significat virtutē eius ad vidēdū suo mō
intelligibili: ⁊ simile ē de aliis. ¶ Quarto
arguimus rōne situationis: situs nō con-
uenit nisi corpi: sed ea que ad sitū ꝑtinent
dicunt de deo. Nam scribit Esaie. iii. ca.
Stat ad iudicādū dñs. Et. vi. c. Vidi do
minū sedentē. Stare itaq̧ ⁊ sedere ad si-
tū spectāt: ergo deus ē corpus. ¶ Ad hoc
vt predictum ē respōdemus. ꝙ ea que ad
situm pertinēt: attribuunt deo ſm quan
dam similitudinē. Et sic dicit sedēs ꝓpt
suam imobilitatem ⁊ auctoritatē: ⁊ stare
propter suā fortitudinē ad debellandum
omne quod ei aduersat. ¶ Quinto argui
mus rōne terminationis: nihil vtiq̧ pōt
esse terminus motus localis a quo: ⁊ ad
quē: nisi sit corpus vel aliqd corporeum.
sed deus in scriptura dicit eē terminꝰ mo
tus localis vt ad quē: ſm illud ps. Acce-
dite ad eū ⁊ illuminamini. Et vt a quo:
iuxta illud Hieremie ca. xvii. Recedētes
a te in terra scribent ¶ Hec ratio soluit
qm̄ ad deū nō accedit passibus corpalibꝰ
cū vbiq̧ sit: sed affectibus mētis: eodēq̧
modo ab eo discedit. Ita ꝙ accessus ⁊ re
cessus sub similitudine localis motus de-
signant spiritualem affectum.
¶ Qꝛ propter summaz simplicitatē que ē
in deo nō cadit in eo cōpositio materie
⁊ forme. ¶ Capitulū secūdum.

Secunda veritas: ꝙ in deo nō ē cō
positio forme ⁊ materie. Prima
ratio ſm Tho. est: quia materia id
quod ē in potentia ē. Et deus ē actus pu
rus nō habens aliquid de potētialitate.
Secūda rō: quia omne cōpositū ex mā ⁊
forma ē corpus. Quantitas eni dimensi-
ua est: que primo inest māe: ⁊ deus nō est
corpus. Tertia ratio: quia oē cōpositū ex

materia ⁊ forma est pfectū ⁊ bonū p suam for mā. vñ oportet ꝙ sit bonū p participationem fm ꝙ materia participat formā. Purū autē qđ bonū ⁊ optimū quod est deus nō est bonū per participationē. Quia bonū p essentiā est prius bono p participationē. Et si qs instaret ꝙ in deo ponit ira ⁊ gaudiū ac similia que sūt passiones coniuncti. vt dicit Aristo. primo de aia. Rñdere possumus ꝙ ita tribuunt deo ƀ similitudinē effect⁹. Effectus nanqꝫ ire est pu nire. punitio igit dei ira eius est. ⁊ sic de reliqs que nullo modo de deo accipiuntur fm passio nis defectum. Ex predictis sequitur ꝙ deus ē ideꝫ ꝙ natura sua siue essentia. qm̄ in his que nō sunt composita ex materia ⁊ forma in qui bus indiuiduatio non est per materiā indiui dualeꝫ. i. p hanc materiā: sed ipse forme per se indiuiduant. oportet ꝙ ipe forme sint suppo sita subsistentia. vnde in eis nō differt suppo situm ⁊ natura. sicut in rebus cōpositis ex ma teria ⁊ forma. necesse est ꝙ differat natura uel essentia et suppositū. Cum itaqꝫ deus vt di ctum est nō sit cōpositus ex materia ⁊ forma. oportet ꝙ de⁹ sit sua diuinitas sua vita ⁊ qc quid aliud de deo sic predicatur.

¶ Q deus non venit in compositionē alicui⁹ creature neqꝫ sicut ꝑncipiū formale neqꝫ ma teriale. ¶ Capitulum tertium.

Tertia veritas est ꝙ deus in compositio nem alioꝝ non venit. neqꝫ sicut principi um formale neqꝫ sicut principiū materiale. qr est cā prima efficiens. cuius est primo ⁊ per se agere. Quod aūt venit in cōpositionē alicui⁹ non est primo ⁊ per se agens. sed magis com positum. Et licet Aug⁹ libro de verbis dñi di cat. ꝙ verbū dei qđ est deus est forma nō for mata. quare sequeret ꝙ cū forma sit pars cō positi. Tñ sctūs Tho. dicit ꝙ verba scti augu stini sunt sane intelligenda. qm̄ verbū in diui nis est forma exemplaris ⁊ non forma que est pars alicuius compositi. Quare ex dictis liq do cognoscere possumus. qꝫ multipliciter er rauerunt antiqui. Nam quidā dixerūt ꝙ de⁹ esset aia mundi que informat celū ⁊ terrā ⁊ oī bus viuentibus ministrat vitam. Et ꝙ p qua tuor elemēta fusa vniuersa sub celo gignat ꝑ tegat ⁊ corrumpat. fm illud Virgilij in. vi. Principio celū ⁊ terras camposqꝫ liquentes Lucentemqꝫ globū lune titaniaqꝫ astra. Spi ritus intus alit totāqꝫ infusa p artus Mens agitat molē ⁊ magno se corpore miscet. Inde hominū pecudūqꝫ genus vite volantū. Et q̄ marmorea fert monstra sub equore pontus. Hec opinio impia est ⁊ falsa qm̄ ut est predi ctum non potest esse deus ꝑpter suā pfectio nem. formale neqꝫ materiale principiū creatu re. licet sit cā efficiens ⁊ finalis oim rerū. qr est alpha ⁊ o ꝑncipiū ⁊ finis. Alij vero tenuerūt celestia corpora esse deos. de quibus ita Lactā tius scribit li. ij. diuinaꝝ institu. Philosophi stoyce discipline in ea sunt opinione ut omia celestia que mouent in deoꝝ numero haben da esse censeant. Siquidem Lucilius stoicus apud Ciceronē sic loquit. Hanc ergo in stel lis constantiā hanc tantā in tam varijs cursi bus cōuenientiā non possum intelligere sine mente ratione consilio que cū in sideribus eē videamus nō possumus ea ipsa nō in deorūꝫ numero ponere. At paulo infra Lactantius sic sequit. Vos o philosophi ñ solū indoctos ⁊ impios verum cecos ⁊ ineptos ⁊ deliros ꝑ bamus. qm̄ ignorantiam imperitoꝝ vanitate vicistis. Illi enim solem ⁊ lunam vos ēt side ra deos putatis. Nōnulli vero ad hanc vene runt superstitionē ut hoies putauerūt fuisse deos. nam ut Lactantius refert li. primo. Co luerunt egyptij Isidē. Mauri Iubam. Ma cedones cabirun. Peni vranū. Latini faunū Sabini Xanctū. Romani quirinū. Athenien ses mineruā. Samij iunonē. Paphij venerē Lemnij vulcanū. Naxij liberū. Delfici apol linem qui oēs fuerunt homines. Exquo ibi la ctantius subdidit. Marcus tullius. qui non tm̄ pfectus orator sed philosophus fuit. Siq deꝫ solus extitit platonis imitator in eo libro quo seipsum de morte filie consolatus est. nō dubitauit dicere deos qui publice colerentur homines fuisse. Et in libro de natura deorum Cicero sic fatetur. Suscepit aūt vita hoium consuetudoqꝫ cōmunis ut bñficijs excellētes viros in celū fama ac volūtate tollerent. Hinc hercules. Hinc Castor. hinc pollux. hinc escu lapius. hinc liber. In primo vero libro diuina rum institutionū lactantius deridet illos qui Iouem deū appellāt. Vana inquit persuasio est eoꝝ qui nomen iouis summo deo tribuūt Et iterum ibi de Ioue ait. Antiquus auctor Emerus qui fuit ex ciuitate messana res ge stas iouis ⁊ ceteroꝝ q dij putant collegit hi storiam quā cōtexuit ex titulis ⁊ inscriptoīb⁹ sacris que in antiquissimis templis habeban tur. Maximeqꝫ i fano iouis trifili. vbi aureā

columnam positum esse ab ipso ioue titulus
indicabat.i qua columna sua gesta prescripsit
ut monumenta essent posteris rerum suaruz.
Et iterum infra ait. Olimpus ambiguuz no
men est τ montis τ celi. In olimpo autem Jo
uem habitasse docet historia eadem.que dicit
Eadem tempestate Jupiter in monte olim/
po maximam partem vite colebat. Et eo ad
eum in ius veniebat si que res incontrouersia
erãt. Item si quis quid noui inuenerat quod
ad vitam humanam vtile esset eo veniebat at
qz ioui ostendebat. Et iterum ibi Lactantius
ait. Cicero de natura deorum cum tres ioues
a theologis nominari diceret ait tertium fu/
isse cretensem saturni filium cuius in illa in/
sula sepulchrum ostenditur. Quomodo ergo
potest deus alibi esse viuus.alibi mortuus.ali
bi habere templum.alibi sepulchrum.hec ille.
Ubi ostendere cõtendit quod Jupiter homo
mortalis non deus fuit. Sed mirum nempe
est quod de romanis antiquis predicat. Ad
tantam nanqz dementiam deuenerunt ut eti
am meretrices deas colerent. Nam ut inquit
lactantius. Romuli nutrix lupa honoribus
est affecta diuinis.fuit enim faustuli vxor τ ꝑ
pter vulgati nominis vilitatem lupa inter pa
stores nuncupata est.vnde etiam lupanar di/
citur. Quedam insuper meretrix Leena dicta
cum tyrannum occidisset pro dea est habita.
Et quia nephas erat simulacrum constitui
meretricis in templo apollinis effigiem posu
erunt cuius nomen gerebat. Colebãt adhuc
faulam meretricem. Et de alia Flora refert la
ctantius ꝙ cum magnas opes ex arte mere/
tricia quesiuisset populum romanum scripsit
heredem certamqz pecuniam reliquit cuius
ex annuo fenore suus natalis dies celebrare/
tur editione ludorum quos appellant floralia
Quod quia senatui flagitiosuz videbatur ab
ipso nomine argumentuz sumi placuit vt pu
dende rei quedam dignitas adderetur. Deam
finxerunt esse que floribus presit eamqz opor
tere placari ut fruges cum arboribus aut vi/
tibus bene prospereqz florescerent. Et ne sin/
gulis immoremur tam Romani qz cetere na
tiones idolatre ut Paulus scribit ad Roma
nos primo ca. Mutauerunt gloriam incorru
ptibilis dei in similitudinem imaginis cor/
ruptibilis hominis τ volucrum τ quadrupe/
dum τ serpentum. Contra quos ita pulchre
scriptum est Sapientie decimotertio ca. Ua

ni sunt omnes homines in quibus nõ subest
scientia dei. Et de his que videntur bona nõ
potuerunt intelligere eum qui est. Neqz ope/
ribus attendentes agnouerunt quis esset ar/
tifex. Sed aut ignem aut spiritum aut citatũ
aerem aut girum stellarum aut nimiã aquam
aut solem aut lunam rectores orbis terrarum
deos putauerunt. Quorum si specie delectati
deos putauerunt sciant quanto his domina/
tor eorum speciosior est. Speciei enim gene/
rator hec omnia constituit.hec ille. Nos Uo
quibus veritas iam effulsit.neqz paganorum
deliramentis innitimur satis superqz repre/
hensibiles sumus.quia deum verum magnũ
τ omnipotentem agnoscentes illi ut decet re/
uerentiam debitam non impendimus neqz
ad promissam nobis ab eo hereditatem cele/
stis regni procuramus accedere. Ad quam
nos ipse perducat qui est benedictus in secu/
la seculorum Amen.

¶ Sermo tertius de incarnatione ihesu xpi
in quo declaratur sũma liberalitas dei patris
τ tempus incarnationis conueniens.

AT ubi uenit plenitu
do temporis misit deus filium su/
um factum ex muliere factum sub
lege ut eos qui sub lege erant redi/
meret ut adoptionem filiorum reciperemus.
Doctores gentium verba sunt ista origina/
liter ad Galathas quarto ca. Descendit de
celo in vterum virginis deus dei filius ut ho
minez perditum redimeret atqz reduceret ad
regna celorum. Post lapsum siquidem pri/
morum parentum humanum genus per lon
gissima temporuz spacia sub diuina indigna
tione permansit. Omnes eramus filij ire nec
dabatur cuiqz aditus ad paradisum. Trahe/
bantur patres ad limbum. ibiqz habitabant
in tenebris.non valentes attingere ad lumen
desiderabile visionis diuine. Oẽs iusti erant
in luctu τ mundus totus paucissimis dumta/
xat exceptis. idolis deditus post principem
tenebrarum currebat. Tandem recordatus deus
ꝙ puluis sũmus. misertus est figmenti sui.
Et ira deposita aperuit fontem pietatis sue.
misitqz filium suum dilectum qui verus deus
τ homo. malis omnibus finem dedit. Cum
vero nos deceat tanti bñficij memores eẽ.ne
propter ingratitudinem impij apud altissi/
mum inueniamur. Iccirco in hoc sermone d

incarnatione ihesu xp̄i loqui incipiemus de qua dixit Apostolus paulus verba in themate posita. vbi tria mysteria erunt declaranda.
Primum dicitur charitatis.
Secundum tarditatis.
Tertium temporalitatis.

¶ De varijs opinionibus circa incarnationem xp̄i. si homo non peccasset.

¶ Capitulum primum.

PRimum mysterium declarandum dicitur charitatis. In quo deuote considerandum est q̃z ardētissima fuit erga nos charitas dei patris qui pro nobis peccatoribus filium suum carnem assumere ꝛ crucem fecit subire. Sed pro spirituali non quidem curioso ingenij nostri exercitio circa dubium illud aliq̃ztisper insudabimus quo queri solet. An si non peccasset adam xp̄s fuisset incarnatus. Et de hoc apud theologos peritissimos duplex extat opinio. Prima eorum qui tenēt ꝙ si nunq̃z Adam lapsus esset adhuc deus homo factus fuisset. ꝛ ut dicit Bonauentura in iij. distin. i. Isti distinguunt de incarnatione. Nam cum incarnatio sit carnis assumptio. caro assumpta potest considerari dupliciter. aut quantum ad substantiam aut quantū ad defectū passibilitatis. si fiat sermo de ipa quātum ad defectuz passibilitatis ꝛ mortalitatis tunc si nō peccasset homo ꝛ redimendus non esset xp̄s mortalē carnē nō assūpsissz. Si vero loquamur de incarnatione ſm ꝙ dicit assumptionē humane nature simpliciter. i. sine defectibus ꝛ penalitatibus. sic volunt isti ꝙ si nunq̃z peccasset homo. adhuc xp̄s fuisset incarnatus. Assumunt autem huius opinionis confirmationem septem persuasiuas rationes.
Prima dicitur hominis perfectio.
Secunda humane nature dispositio.
Tertio dei manifestatio.
Quarta humane nature exaltatio.
Quinta meriti comparatio.
Sexta matrimonij significatio.
Septima anime xp̄i no bilis conditio.

Prima ratio cōfirmans opinionē prefatam dicitur hois perfectio. Incarnatio quippe facit ad hominis perfectionē. ꝛ p cōsequens ad pfectionē vniuersi in hoc ꝙ completionē dat humano generi. Primo quantū ad illud ꝙ respicit naturā. Scd̄o quantū ad illud qd̄ respicit grāz. Tertium quantū ad illud qd̄ respicit gloriam. Primo quantū ad illud qd̄ respicit naturam. q2 in incarnatione est consumatio modoꝝ educendi hoiem in esse. Quadruplex nanq̃z modus est educendi hominem in esse. Primus nec de viro nec de muliere sicut fuit Adam. Scd̄us de viro sine muliere. sicut eua Tertius de viro ꝛ muliere. sicut educimur oēs Quartus de muliere sine viro. sicut eductus est xp̄s. Sed hic quartus est in incarnatione. ergo si homo stetisset incarnatio fuisset. aut si non. tunc vnus modus productionis hoium deficeret. ꝛ sic vniuersuz perfectū non essz qd̄ est maximū incōueniens. Dicit nanq̃z Aug⁹ in li. de libero arbitrio. ꝙ vniuersuz hz tantā pfectōz ꝙ nemo potest in eo imperfectum aliquid rationabiliter inuenire. nec rationbiliter aliquid addere. ¶ Scd̄a incarnatio facit ad perfectionē hois quantū ad illud qd̄ respicit grām. Nam xp̄s est caput ecclesie nō soluz ſm diuinā naturā. sed etiam ſm humanaz sicut dicit Aug⁹ super Johem. Sed si homo n̄ peccasset adhuc esset corpus ecclesie. aut ergo dei filius incarnaretur. aut corpus ecclesie remaneret acephalū sine capite. ¶ Tertio incarnatio facit ad perfectionē hominis quantum ad illud quod respicit gloriam. Vt eni inquit Augustinus li. de spiritu ꝛ anima. totum hominē assumpsit ut totum beatificaret. ut siue intus ingrederetur siue extra egrederetur pascua inueniret. Sed homo debebat totus beatificari. ꝛ ita plene si non fuisset lapsus sicut postq̃z cecidit. Ergo si adhuc nō peccasset xp̄s fuisset incarnatus. ¶ Secunda ratio pro predicta opinione dicitur humane nature dispositio. Dicit enim glosa super illo verbo ad hebreos. Nusq̃z apprehendit angelos non angelice nature data est ꝛ dignitas ut ei persona diuina vniretur. Si ergo humane nature nihil datur frustra. Si non peccasset talis dignitas non remaneret vacua. sed adhuc vniretur cum diuina natura. ¶ Tertia ratio dicit̃ dei manifestatio. Nam ita decebat deum manifestare suam potentiā. sapientiā ꝛ bonitatē si homo stetisset sicut si lapsus essz. ergo si oīa ista facta sunt in opere incarnatōnis videtur ꝙ incarnatio adhuc fuisset. ēt peccato hominis non interueniente ¶ Quarta ratio est humane nature exaltatio. In incarnatione siquidem filij dei humana natura est plurimū exaltata. Si ergo deus incarnat̃ ex hoc ꝙ humana natura peccat. videt̃ ꝙ homo reportat cōmodū de malicia sua. quod non decet iustum

retributorem. ¶ Quinta ratio dicitur meriti
comparatio. Tante vtiqꝫ nobilitatis ⁊ diffi/
cultatis est mereri ⁊ vendicare siue acquirere
sibi infinitum bonū. sicut satisfacere ꝓ offen/
sa que est cōtra infinitū bonū. Si ergo homo
non poterat satisfacere pro se de offensa qua
offenderat deum. sic nec per se potest mereri
habere deum. ergo sic oportunū fuit filiū dei
incarnari homine cadente ut pro homine sa/
tisfaceret. sic videtur ꝙ oportunū fuit dei fili
um incarnari homine stāte ut hoc mereri pos
sit per euꝫ. ¶ Sexta ratio dicitur matrimonij
significatio. Si equidem homo lapsus nō fu/
isset. nihilominus fuisset sacramentum matri
monij. Si ꝟo sacramentū matrimonij in cō
iunctione sexuū dicit siue significat cōiunctio
nem christi ⁊ ecclesie quantū ad naturarū vni
onem propter inseperabilitatem. Vnde Apo
stolus ad ephesios. v. ait. Sacramentum hoc
magnū est. Ego autem dico in xp̄o ⁊ in eccle/
sia. ergo si homo stetisset aut sacramentū ma/
trimonij esset falsum signū. aut dei filius fuis
set incarnatus. ¶ Septima ratio dicitur ani
me xp̄i nobilis conditio. Si incarnatio facta
est principaliter propter peccati expiationem
sequeretur ꝙ anima christi facta sit nō princi
pali intentione. sed quadam quasi occasione.
Sed incōueniens est nobilissimā creaturam
occasionaliter esse introductaꝫ. cum agens in
tendat principaliter opera nobiliora. Igitur
videtur ꝙ inconueniens sit dicere incarnatō
nem factam esse propter hominis reparatio/
nem. Predictis itaqꝫ ratōnibus muniti affir
mānt pleriqꝫ. ꝙ si non peccasset Adam adhuc
xp̄us carnē assumere non refugisset. Sed alio
rum secūda opinio est. ꝙ si nō fuisset peccatū
hominis. neqꝫ fuisset aliquo pacto īcarnatio
subsequuta. Et isti quidē rationes pro alia p/
te siue opinione ꝓductas primo soluere ⁊ nil
illas valere cōtendunt. Deinde seipsos muni
unt viriliter ⁊ defendūt tam rōnibus catholi
cis q̄ꝫ auctoritatibus fidedignis. Dicūt ergo
ꝙ prima ratio debilissima est. q꞉ dum dicit ꝙ
deum cōueniebat incarnari propter perfectio
nem vniuersi quodāmodo deum intra perfe/
tionem vniuersi concludit. ⁊ quandam neces
sitatem incarnatōis imponit ei. qđ contra mē
tem philosophi. qui. xi. Methaphysice ait. ꝙ
deus supra omnē ordinem vniuersi ponend⁹
est. sicut non dicitur esse dux de exercitu sed
supra exercitum. Et ad illud quod dicitur de

multiplici modo educendi hominē. Respon/
detur ꝙ ille quartus modus educendi homi/
nem nō est de perfectione vniuersi. sed supra
perfectionem. Ideo Ieremias. xxxi. ca. dicit.
Nouū fecit dn̄s super terram femina circun/
dabit virum. ex quo non sequitur. ꝙ si homo
stetisset ꝙ talis modus producendi hominez
esset. nec ex hoc sequitur ꝙ vniuersum sua p/
fectione careret. Sicut etiam nō p̄t argui im
pfectio vniuersi quantū ad suscitationē mor
tui quam deus non fecisset si homo pstitisset.
Posset etiā dici ꝙ de illo modo productiōis
nō potest argui veritas incarnatiōis. q꞉ deus
posset ꝓducere hoīem de muliere absqꝫ viro
qui tn̄ nō esset deus. Ad aliud ꝟo qđ sequeba
tur in prefata rōne ꝙ incarnatio facit ad pfe/
ctionē hois quantū ad illud qđ respicit grām
exquo xp̄us est caput ecclesie ꝺm humanā na/
turā. Rn̄det ꝙ duplex est ꝓprietas capitis.
Vna que attēditur ꝫcōformitatē ad mēbra
Alia que attendit ꝺm gratuitā donoꝝ influē
tiam. Ratione prime proprietatis xp̄us est ca
put ecclesie inquantū homo. Rōne vero scđe
caput est inquantū deus. Et hac ratione prin
cipaliter tenet rationē capitis. Ideo esto ꝙ i/
carnatus non esset adhuc ecclesia capite nō ca
reret. quia sicut ecclesia angelorum habet ca/
put deum. ita ecclesia hoīum. quare nō sequit
ꝙ corpus ecclesie esset acephalum. quāuis nō
haberet caput ꝺm omnē ꝓprietatem. De illo
vero qđ dicitur ꝙ incarnatio facit ad pfectio/
nem hominis quantū ad gloriā. Respondet
ꝙ illa nō est ratio precipua incarnationis sed
annexa principali. pro eo ꝙ si nunq̄ꝫ deus in/
carnatus esset. homo glorificatione corporis
sui ⁊ visione dei perfecte ⁊ totaliter beatus es
set. Visio enim xp̄i corporalis spectat non ad
essentialē completionē beatitudinis sed ad qđ
dam accidentale gaudium. Nam gloria cor/
poris ⁊ sensuū exteriorum erit per redundan/
tiam delectationis venientis ab anima ex vi
sione dei. ut dicit Aug⁹ in epistola ad diosco/
rum. Vnde multum derogare videtur sūmo
bono. qui dicit ipsum non sufficere absqꝫ bo
no creato sibi adiuncto ad hominem perfecte
beatificandum. ¶ Secūda rō soluitur. quia il
la idoneitas ⁊ congruitas data humane na/
ture ad incarnationem attenditur ex parte re
parabilitatis hominis principaliter quāuis
ratione dignitatis ⁊ aliarū cōditionū aliquo
modo attendat. Ideo sicut homo non fuisset

reparatus si non cecidisset q̄3uis esset repara/
bilis sic deitati non esset vnitus q̄3uis eēt vni
bilis. Nec tñ frustra fuisset illa potentia quia
multe sūt potentie ⁊ idoneitates que ad actu3
non reducuntur ⁊ tñ frustra non sūt q2 digni
tati ⁊ nobilitati nature attestantur. Nec dici
tur potentia frustra si non reducitur ad actu3
sed tunc frustra est cum ad actum non reduci
tur. ⁊ tñ ad actum exigit eam reduci tempus
⁊ locus. ¶ Scd̄a ratio frinola censetur ex eo
q̄ deus sufficienter manifestauit suam poten
tiam sapientiā ⁊ bonitatem per opus creatio
nis rerum distinctionis ⁊ ornatus. licet istam
manifestauerit in opere incarnatiōis dum ꝓ
pter hominis lapsum decuit xp̄m carnē assu/
mere. ¶ Quarta adhuc ratō inficitur. q2 licet
per xp̄m incarnatum sit exaltata humana na/
tura nō tñ segtur q̄ homo ex hoc reportet cō
modum de malicia sua. q2 incarnatio nō fuit
ex malicia hominis. sed ex sūma benignitate
⁊ sapientia dei. Quia enim sapientia dei vin
cit maliciam. Hinc est q̄ non patitur esse ma
lum aliquod de quo non eliceat bonū ⁊ etiam
maius bonū. Alioquin non perfecte malicia3
vinceret. Propterea contra preuaricationē
ade qui totum genus humanū interfecit sta/
tuit rectitudinē scd̄i ade qui pro toto genere
humano posset satisfacere. Et cuius obedien
tia mlt̄o plus sibi placeret q̄3 inobediētia ade
potuit sibi displicere. Quare filium dei incar
nari non fecit nostra malicia sed dei charitas
nimia ⁊ misericordia. ¶ Quinta ratio nihil
concludit qm̄ non eodem mō se habent meri
tum vite eterne ⁊ satisfactio pro offensa. Nā
ad meritū vite eterne sufficit complacentia ex
parte merentis. ad hanc aūt complacentiam
sufficit diuina gratia. Et q2 grām diuinā po/
terat homo habere per missionē spūs scti ⁊ fi
lij in mente absq3 filij missione in carnē. Hic
est q̄ ad pfectionē meriti vite eterne nō opor
tuit incarnationē interuenire. Ad satisfacien
dum āt nō solū requirit̄ q̄ satisfactio placeat
sed q̄ damnū recompensare valeat. ⁊ honorē
deo sublatū restituat. Et ideo non tanta fuit
necessitas incarnationis propter necessitate3
merendi sicut propter necessitatē satisfacien/
di. Et q̄ istud sit verum patet in angelis quo
rum natura non est vnita verbo ⁊ tñ merue/
runt vitam eternā. Insuper esto q̄ tante diffi
cultatis sit mereri vitam eternā sicut satisfa/
cere pro offensa. tñ nō oportet q̄ propter hoc
necessaria sit incarnatio xp̄i pro eo q̄ spiritus
sctūs ipse qui ꝑ charitatē mouet aiam dignā
eam facit gloria sempiterna. Sed ad satisfaci
endū necessaria est incarnatio. q2 ut aiunt om
nes theologi. Cōgruentissimus modus satis/
faciendi fuit per mortē ⁊ passionem xp̄i. sicut
congruētissimus est ad merendū per charita
tem ⁊ dilectionem. ¶ Sexta ratio ad hoc non
potest militare q2 matrimoniū duplicē habet
significationē. significat enim coniunctione3
dei ad ecclesiam s̄m charitatem. Et significat
etiam coniunctionē naturaꝝ in persone vni/
tate. dictāq3 significationē habet s̄m statum
nature lapse. primā vero habuisset si stetisset
homo. Et ideo non esset falsu3 signū. sicut eni
matrimoniū nunc est in officiu3 ⁊ in remediū
tunc aūt solum in officiū sic modo h3 duplex
significatum tunc vero vnū. ¶ Septima in/
super ratio nō admittitur nec acceptatur qm̄
deus ab eterno presciuit lapsum humani ge/
neris qd̄ tñ fecit q2 se reparaturu3 cognouit.
Et ideo principalius in intentione fuit repa/
ratio lapsi q̄3 conditō eius ad lapsum possibi
lis. Et propterea nō sequit̄ q̄ aīa xp̄i facta sit
quadā occasione ⁊ nō principali intentione. H
enim teneret si deus in conditōne generis hu
mani non precognouisset hominis lapsū. Ex
quibus oībus qui tenent q̄ non fuisset incar/
natus xp̄us si non peccasset adam. asserunt q̄
opinio ista coꝝ magꝭ deū honorat q̄3 prima q̄
deū intra perfectionem vniuersi includit. hoc
vero supra oēm ordinem vniuersi ponit illu3
De quo vide Bonauentu. in scd̄o di. xv. q. iiij
in littera. Insuper fortificatur coꝝ sententia
tali ratione. Si deus assumpsit humanā na/
turam. Aut hoc fuit propter humanā digni/
tatem. Aut propter necessitatē. Si ꝓpter di/
gnitatem cum angelica natura sit dignior q̄3
humana magis debuit assumpsisse angelica3.
Si propter necessitatē ⁊ necessitas indigentie
non sit nisi propter peccatum. ergo videtur q̄
precipua ratio incarnationis fuit redemptio
humani generis lapsi. Accedit ad hoc ad fir/
miorē confirmationē q̄ oēs doctores famosi
celeberrimi ita expresse tenent ⁊ loquunt̄. Vñ
super illo verbo matthei. xviij. ca. Venit filꝰ
hominis querere ⁊ saluum facere quod perie
rat. Augꝰ in li. de verbis apl'i sic dicit. Si hō
non peccasset filius hominis nō venisset. Et
iterū super illo dicto apl'i prime ad thi. primo
ca. Xp̄s iesus venit in hunc mundum saluos

facere peccatores. Augꝰ ait. Nulla causa fuit veniēdi xp̄o dn̄o nisi pecatores saluos facere Tolle morbos tolle vulnera ⁊ nulla erit causa medicine. Et super illo verbo Matth.i. Ipse eni saluū faciet populum suū a peccatis eorū Augusti. refert. si homo nō peccasset virgo n̄ peperisset. Et idem super isto verbo psalmi. Infixus sum in limo profundi. vtinam maneret homo in eo quod deus fecit. Si maneret i eo quod deus fecit n̄ in limo infixus esset quē deus genuit. Et iterum Augustinus sup illo verbo Joan.xi.ca. Dn̄e ecce quem amas ifirmatur. Si peccatores dn̄s n̄ amaret ad terrā de celo nō descendisset. Et ad idem est dictū Gregorij in hymno. Exultet iam angelica. vbi ait. Nihil enim nobis nasci ꝓfuit nisi redimi profuisset. Et leo papa in sermone de natiuitate inquit. Si homo ad imaginem ⁊ similitudinem factus in suo honore mansisset creator mūdi creatura n̄ fieret neq̄ sempiternus temporalitatem subiret. aut equalis deo patri dei filius formā serui assumeret. Et ne vlterius defatigentur animi auditorum cum vtraq̄ opinio stare possit. Ego dico q̄ si non peccasset homo. quid fuisset. nobis reuelatum nō est. Sufficere nobis deb3 q̄ xp̄s factus est homo vt peccatum generis humani deleret. hic dirigenda est cōtemplatio nostra hoc pie ad mentē reuocandū. Consideremꝰ ergo quāta fuit admiranda charitas dei patris qui ꝓprio filio suo nō pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hoc sic scribit ioan.iij c. Sic deus dilexit mūdum vt filium suū vnigenitū daret vt omnis qui credit in illum nō pereat sed habeat vitam eternā. Quod hieronymus admirans in epistola ad damasum papam inquit. Que maior potest esse clementia q̄3 vt dei filius. filius hominis. putaretur decem mensiū fastidia sustineret. partus expectaret aduentum. per singulas adoleret etates. ⁊ post contumelias vocū alapas ⁊ flagella crucisq̄. pro nobis fieret maledictū vt nos a maledicto legis absolueret. Et Gregorius reclamando sic patrem eternū alloquitur. O inextimabilis dilectio charitatis. vt seruū redimeres filium tradidisti. Et merito quilibet in stuporem verti debet cum audit deum carne vestitum passibili. ⁊ humiliatum vsq̄ ad formam serui. non propter suam sed propter nostram indigentiam vt nobis pereuntibus ferret opem.

¶ Et tempus incarnationis xp̄i merito dicit tempꝰ plenitudinis respectu dei. respectu angeli. ⁊ respectu hominis.

¶ Capitulum.ij.

Secundum mysterium declarandum de incarnatione xp̄i dicitur tarditatis. In quo fideliter confitemur xp̄m rationabiliter distulisse tempus incarnatiōis vsq̄ ad sextā etatem mundi. Quare autem nō ante voluerit incarnari dixi in quodam sermone de annūciatione virginis. qui licet alibi sit notatus tamen pro huius operis perfectiōe etiam in hoc libro scribitur. Nunc vero aperiēdum est cur tempus illud quo deus homo factus est ab ap̄lo tempus plenitudinis appellatur. Et ad hoc rn̄det dn̄s Bonauen. in.iij.di.i. in declaratiōe littere q̄ sic dicitur. ¶ Primo respectu dei. q2 in incarnatiōe est facta plena participatio diuinitatis. Vn̄ ad colocenses.ij.c. dicit Ap̄ls. In xp̄o habitat ōis plenitudo diuinitatis corporaliter. ¶ Scd̄o dr̄ tempus plenitudinis respectu angeli q2 per xp̄m reparata est angelorum ruina. Ideo dauid in ps̄.cix. ait Judicabit in nationibus implebit ruinas. ¶ Tertio dr̄ tp̄s plenitudinis respectu hominis. tum quia plene a culpa liberatur. tum q2 plene est de veritate necessaria edoctus. tum quia plena gratia diffusa est in credentes. vn̄ dicitur Joannis.i.ca. q̄ ioannes baptista testimonium perhibens de xp̄o ait. De plenitudine eius accepimus omnes ⁊ gratiam pro gratia. quia lex per moysen data est. gratia ⁊ veritas per iesū xp̄m facta est.

¶ Qualiter accipiendum sit medium temporis in quo xp̄s incarnatus est.

¶ Capitulum.iij.

Tertium mysterium declarandum de incarnatione xp̄i dicitur temporalitatis. Et in hoc inuestigādum est. An xp̄s incarnatus sit in medio tp̄is. Et quidam arbitrantur q̄ sic. ꝓpter verba Abacuc prophete dicentis ca.iij. Dn̄e audiui auditionem tuam ⁊ timui. Dn̄e opus tuū in medio annorum viuifica illud. In medio annoꝝ notū facies. Cum iratꝰ fueris mie recordaberis. Que verba vt dicit in argumēto in Abacuc intelliguntur de xp̄o Ex quibus id videtur affirmari. q̄ deꝰ homo factus est in medio tp̄is. At ⁊ alij cōtrarium sentiūt tenentes q̄ xp̄s in vltimis tp̄ibus visibiliter deus ⁊ homo mundo apparuit. Nam Augꝰ super.iiij.ca. ioānis inquit d̄ xp̄o. Iter ipsius est caro ꝓ nobis assumpta. Qui enim

vbiqz est quo it. nisi qz ad nos si veniret si for/
mam visibilis carnis nō assumeret. Ideo fati
gatus erit ab itinere. Quid est aliud q̄z fati/
gatus in carne. Quare ergo hora sexta. quia
etate seculi sexta. Cōputa tanq̄z vnam horam
Vnam etatē ab adam vsqz ad noe. Secundā
a Noe vsqz ad abrahā. Tertiam ab abrahā
vsqz ad dauid. Quartaz a dauid vsqz ad trāſ
migrationē babylonis. Quintā vsqz ad bap
tismū ioānis. Sextā vsqz ad cōsūmationē se
culi. hec ille. Constat autē q̄ sexta etas in qua
xp̄s venit non est in medio temporis cum sit
vltima. ergo magna restat in hoc perplexitas
quam āmouēdam puto ne in dubio animus
in cōtemptū cadat scripturaꝝ sanctaꝝ. Et ꝓ
pterea dicere possumus q̄ mediū sumitur du
pliciter. s. stricte ꝛ punctaliter pro eo tempore
quod equaliter distat ab extremis. s. principio
ꝛ fine temporis. Et accipitur large ꝓ eo. s. qđ
est inter illa extrema verba. itaqz Abacuc me
dium temporis designāt. Hoc mō scđo q̄ si
stricte vellemus intelligere tūc nobis esset cer
titudinaliter cognita hora iudicij qđ in fine
tp̄um ꝛ cōsūmatione seculi fiet cōtra id quod
saluator nr̄ dixit Marci. xiij. Et matth. xxiiij.
ca. De die aūt illa ꝛ hora nemo scit. Ob quod
Aug⁹. li. xviij. de ci. dei. dicit. Frustra ānos q
remanent huic seculo computare ac diffinire
conamur. cum hoc nō esse nr̄m ex ore veritatꝭ
audiuimus. Sufficiat igit̄ nobis agnoscere q̄
incarnatus est xp̄s inter principiū ꝛ finē tem
poris qđ est mediū valde latum nō āt in extre
mitatibus in principio. s. ꝛ fine. De ānis/ Vo
qui fluxerunt a principio mūdi vsqz ad incar/
nationē xp̄i varia est opinio. Naz ſm Bedā
fuerūt āni quinqzmilia centū nonagintanouē
Alij vero cōputant ānos tria milia nongen/
tos sexaginta. Nō tn̄ propter hoc cuiq̄z durū
videri debet. cū difficillimū credam puncta li
cere posse seruari memoriā ānorum in rebus
gestis. Debemus itaqz nos oi curiositate de/
posita redemptori nostro gratias quas pos/
sumus dicere. quia non expectamus amplius
cum in carnem venturum qui iam venit ꝛ vi
am fecit omnibus vt facile saluari possimus
aperuitqz ianuam regni celorꝝ ad quod nos
ipse perducat qui viuit ꝛ regnat in secula se/
culorum.

¶ Sermo quartus in quo tractatur de incar/
natiōe dn̄i nostri iesu xp̄i a cuius explicita fi/
de iam nullus excluditur.

IN hoc apparuit cha
ritas dei in nobis qm̄ filium suum
vnigenitum misit deus in mundū
vt viuamus per eum Verba sunt Joannis
prime sue canonice ca. iiij. Refugit quorūdaz
animus deum incarnatum audire qui blas/
femiam arbitrantur quod nos ad laudem cre
atoris nostri accedere cōfitemur. Tunc qui/
dem illum benedicimus cum stabili fide credi
mus eum pro nobis hoiem factuz. Vt aūt cō
fundant̄ increduli ꝛ mens bonorū in ipsa ve
ritate letetur in hoc sermone de incarnatione
iesu xp̄i benedicti verba faciemus. de qua lo/
cutus est ioānes in verbis in themate positis
vbi tria mysteria occurrunt cōsideranda.
Primum dicitur possibilitatis.
Secundum necessitatis.
Tertium credulitatis.

¶ Qualiter fuit possibile deum carnem assu/
mere. ¶ Capitulum. i.

PRimū mysteriū cōsiderandū dicit̄ pos/
sibilitatis in quo ostendemus q̄ deum
incarnari fuit possibile. Et hoc ſm Tho. iij.
parte. q. i. triplici ratione
Primo ratione omnipotentie.
Secundo ratione excedentie.
Tertio ratione conuenientie.

¶ Primo ostendit̄ impossibilitas incarnatō
nis ratione oipotentie. Nam cum deus sit oi
potens potest omne illud quod nec contradi/
ctionem includit nec aliquem defectuz in deo
ponit. iuxta verbū angeli ad virginē beatissi/
mam Luce. i. dicentis. Non erit impossibile
apud deum omne verbū. Sed deū humanam
naturā assumere nec cōtradictionē includit.
nec aliquē defectū in deo ponit. qđ patet. qz
diuina natura vniri humane in vnitatē per/
sone nō est aliud q̄z diuinā ꝑsonā que ab eter
no fuit hypostasis respectu diuine nature eē
hypostasim respectu humane nature in tem/
pore. hoc āt n̄ dicit aliquā imperfectionē sed
potius dignitatē ꝛ nobilitatē. Sicut eni cum
deus sit bonus ab eterno in nullo fit deroga/
tio bonitati sue dū est causa bonitatis creatu
re in tp̄e. q̄uis bonitas creata longe sit infe/
rior bonitate increata. Sic cū persona filij dei
sit hypostasis itelligibilis itellectualis ꝛ spūa
lis ꝛ increata ab eterno. in nullo derogat ei si
fit hypostasis rōalis nature create in tp̄e.
Et quēdmodū deus de nō creante fit creans

in actu absq3 aliqua sui mutatione. sed solum facta mutatione ex parte nature create. Sic persona filij dei que ñ erat hypostasis humane nature in actu absq3 aliqua sui mutatione vel innouatiõe facta est hypostasis ipsius sola mutatione facta ex parte assumpte nature. Hinc leo papa in sermone ait. In vtraq3 ei9 natura idem est dei filius. nostra suscipiens et propria non amittens. in homine hominez renouans in se incõmutabilis perseuerans. Deitas enim que illi cuz patre cõis est nullũ detrimentũ omnipotẽtie subijt nec dei formã serui forma violauit. q2 sũma et sempiterna essentia que se ad humani generis inclinauit salutem. Nos quidẽ in suã gloriam transtulit. sed qd erat esse nõ desijt. Secũdo ostenditur possibilitas incarnationis ratione excedẽtie. vt enim inquit Hilari9. Plura potest deus facere q̃3 intellectus intelligere. Sed homo potest rationabiliter dicere et intelligere deum incarnatuz. Tum propter sue potentie sapientie et bonitatis eminẽtem manifestatõnem que facta est in humani generis assumptione. Tum propter operum diuinoꝝ excellentem cõsũmationẽ que facta est cũ vltimũ cõiunctũ est primo. Tum propter pcti satisfactionem. ¶ Tertio ostenditur possibilitas incarnatiõis ratiõe cõueniẽtie. Nam eoꝝ est facilis vnio que ad inuicem similitudinẽ hñt Sed homo creatus est ad imaginẽ et similitudinẽ dei. ergo sibi vniri potuit humana natura in vnitatẽ persone. Sed ex ista rõe tria posset quis querere. An humana natura sit magis assumptibilis a filio dei q̃3 quelibet alia natura. Et posset aliquis arguẽdo probare ꝙ nõ. maxime ex duobus. Primo quia Aug9 in epistola ad volusianũ inquit. In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potẽtia facientis. Sed potentia dei facientis incarnatõnem que est opus maxime mirabile nõ limitatur ad vnam naturã cũ potentia dei sit infinita. ergo natura humana ñ est magis assumptibilis a deo q̃3 aliqua alia creatura. Scdo similitudo est ratio faciẽs ad incarnatiõis cõgruitatẽ. sed in natura angelica inuenit expressior similitudo dei q̃3 in humana. vt dicit Gregorius. xxxvij. li. moraliũ. et in omelia de centum ouib9. ergo natura angelica magis erat vnibilis q̃3 humana. Ad hoc plene intelligendum dicit Tho. in. iij. parte. q. iiij. ꝙ aliquid assumptibile dr q̃si aptũ sumi a diuina ꝑsona q̃ quidem aptitudo nõ potest intelligi ẜm potẽtiã passiuã naturalẽ que nõ se extẽdit ad illud qd transcendit vnio ꝑsonalis creature ad deum. Vñ relinquit ꝙ assumptibile dicat aliquid ẜ3 cõgruentiã ad vnionẽ predictaz que attendit ẜm duo in humana natura. s. ẜm eius dignitatem et ẜm eius necessitatẽ. Scdm dignitatẽ q2 humana natura inquantũ est rationalis et intellectualis nata est attingere aliqualit ipm verbũ per suam operationem cognoscendo et amando ipm. Scdm necessitatez ãt q2 indigebat reparatione cũ subiaceret originali peccato. Hec duo ãt soli humane nature cõueniũt nam creature irrationali deest dignitas. angelice vero necessitas. Cum ergo dicimus ꝙ creatura irrationalis non est assumptibilis. non ita dicimus ꝙ subtrahamus aliquid diuine potentie. sed ad ostendendũ cõditionẽ creature que ad hoc aptitudinẽ nõ habet. de angelo vero iam dictũ est ꝙ nõ erat in eo necessitas propter peccati angelici irremissibilitatem. ¶ Ꝙ quinq3 rationibus precipuis fuit necessarium ex parte hominis xpm incarnari.

¶ Capitulum. ij.

Secundũ mysteriũ cõsiderandũ de incarnatiõe xpi dr necessitatis. Vbi queritur an fuit necessariũ xpm incarnari. Et ad hoc dicit sctũs Tho. iij. parte. q. i. ꝙ necessitas ista refert ad hoiem p xpm incarnatũ redimendũ Et ẜm hoc necessariũ dr dupliciter. Vno mõ sine quo nõ potest quis cõsequi finẽ vt cibus necessarius est ad vite sustentationẽ. Alio mõ per qd melius peruenitur in finẽ. vt equus est necessarius etiam homini sano vt melius iter perficiat. Nõ fuit necessariũ primo mõ xpm incarnari. q2 deus cuius sapiẽtie nõ est numerus. nec est finis potentie et virtutis eius. potuisset sua volũtate et auctoritate hoi lapso succurrere. Fuit tñ scdo modo necessarium. quia per xpm incarnatũ homo melius potest in finem suum peruenire. Et hoc multiplici ratõe
Prima dicitur fidei roboratio.
Secunda spei subleuatio.
Tertia charitatis inflãmatio.
Quarta vite exemplatio.
Quinta hominis instructio.
¶ Prima ratio dicit fidei roboratio. magis quidem roboratur homo in fide ex eo ꝙ ipsi deo incarnato loquenti de mysterijs inuisibilibus credit. Vnde Augustinus libro. xi. de ciuitate. dei. Vt homo inquit fidentius ambu

laret ad veritatem ipsa veritas dei filius ho
mine assumpto cōstituit atq̃ fundauit fidē
¶ Notādū hic propter illud verbū hoīe assū
pto. q̄ ephesina sinodus dicit q̄ persona non
assumpsit hominē. Ex quo sctūs Tho. iij. pte.
q. viij. ait. Q̄ locutōes doctoꝝ qui dicūt xp̄m
assumpsisse hoīem nō sunt extendende tanq̄
proprie sed pie sunt exponēde. vt dicamus ho
minē assumptū qꝛ eius natura est assumpta.
Et quia assumptio terminata est ad hoc q̄ fi
lius dei sit homo. ¶ Scd̄a rō quare meliꝰ hō
saluatur per xp̄m incarnatū dicitur spei suble
uatio. Subleuatur quippe spes nostra vt fu
turam beatitudinē expectemus dū xp̄s in sua
incarnatōe nobis ostendit quāta est erga nos
dilectio dei patris. Hinc Augꝰ li. xiij. ð trini.
inquit. Nihil tam necessarium fuit ad erigen
dam spem nr̄am q̄ vt demonstraretur nobis
q̄tū diligeret nos deus. Quid vero huius rei
isto iudicio māifestius q̄ q̄ dei filius nostre
nature dignatus ē inire ↄsortiū. ¶ Tertia rō
dicitur charitatis inflāmatio. Quis nā tam
durus tam inhumanus tā ferreus sit qui deū
nō diligat a quo tantū se diligi cōspicit vt nō
nisi amore dignet̄ assumere formā serui. Jō
Augꝰ li. de cathetizandis rudibus ait. Que
maior causa est aduentus dn̄i nisi vt ostende
ret deus dilectionē suā in nobis. Et ifra sub
dit. Si amare pigebat saltem reamare nō pi
geat. ¶ Quarta ratio dicitur vite exēplatio.
Habēt nāq̃ hoīes xp̄m exemplar oīs virtut̄
⁊ bone beateq̃ vite. Et ideo Augꝰ in quodā
sermone de natiuitate dicit. Homo n̄ erat se
quendus qui videri poterat. Deus sequēdus
erat qui videri nō poterat. vt ergo exhiberet̄
homini ⁊ qui ab hoīe videret̄ ⁊ quē homo se
queretur deus factus est homo. ¶ Quita rō
dicitur hoīs instructio. Instruitur eni vnus
quisq̃ vt intelligat quāta sit hoīs dignitas.
ne illam coinquinet peccādo. Propterea Au
gꝰ li. de vera religione inquit. Demōstrauit
nobis deus q̄ excelsū locū inter creaturas ha
beat humana natura in hoc q̄ hominibus in
vero homine apparuit. Et leo papa in sermo
ne de natiuitate sic sequitur. Agnosce o xp̄ia
ne dignitatē tuā ⁊ diuine consors factus na
ture noli in veterē vilitatē de graui cōuersa
tiōe redire. Non valet ergo quispiā recte se ð
cetero excusare. si ad paradisi delicias nō festi
net. cū tot ac tāta preconia de vite eterne im
marcessibili gloria vndiq̃ sonant.

¶ Q̄ tp̄e isto oēs obligantur credere explicite
mysteriū xp̄i incarnati. ¶ Capitulum. iij.

Tertiū mysteriū cōsiderādū de incarna
tiōe xp̄i dicitur credulitatis. In quo vi
dēdū est. An credere mysteriū xp̄i sit de neces
sitate apud oēs. Et ad hoc dicit sctūs Tho. ij
ij. q. ij. Q̄ via hoīs veniēdi ad iusticiā ē myste
rium incarnatiōis ⁊ passiōis xp̄i. Dicitur eni
Actuū. iiij. ca. Nō est aliud nomē datum hoī
bus in quo oporteat credētes saluos fieri. Et
Augustinus in li. de correptione ⁊ gratia in
quit. Illa fides sana est qua credimus nullum
hoīem siue maioris siue parue etatis liberari
a contagione mortis ⁊ obligatione peccati
nisi per vnum mediatorem dei ⁊ hoīm iesū
xp̄m. Oportuit ergo mysteriū incarnatiōis
christi aliqualiter omni tempore esse creditū
apud oēs. diuersimode tn̄ fm̄ diuersitatē tem
porum ⁊ personaꝝ. Nā añ statū peccati ho
mo habuit explicitā fidē de xp̄i incarnatione
fm̄ q̄ ordinabat̄ ad cōsūmationem glorie. nō
aūt fm̄ q̄ ordinabat̄ ad liberatōē a pctō per
passionē ⁊ resurrectionē qꝛ homo nō fuit pre
scius peccati futuri. videt̄ aūt incarnationis
xp̄i prescius fuisse. ex eo q̄ dixit. ꝓpter hoc re
linquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxo
ri sue. vt dr̄ Genesis. ij. ca. Ex hoc apl'us dicit
sacramentū magnū esse in xp̄o ⁊ in eccl'ia. qđ
quidē sacramētū nō est credibile primū hoīē
ignorasse. Post peccatū aūt fuit explicite cre
ditū mysteriū xp̄i. nō solū q̄tū ad incarnatio
nem. sed etiam q̄tū ad passionē ⁊ resurrectio
nem quibus humanū genus a peccato libera
tur. Qualiter ⁊ patres antiqui patriarche. s.
⁊ prophete prefigurarūt xp̄i passionē quibus
dam sacrificijs ⁊ añ legem ⁊ sub lege quoꝝ
quidē sacrificioꝝ significatū explicite maio
res cognoscebant. minores aūt sub velamine
illoꝝ sacrificioꝝ credentes ea diuinitus eē di
sposita. quasi de xp̄o venturo habebant fidē
velatam. Post tempus āt gratie reuelate tā
maiores q̄ minores tenent̄ hr̄e fidē explicitā
de mysterijs xp̄i p̄cipue q̄tū ad ea que cōiter
in ecclesia sollēnizant̄ ⁊ ꝓponunt̄. ¶ Sed con
tra ista posset quis obijcere. ¶ Prio qꝛ nullꝰ
tenet̄ credere qđ nō cognoscit. Sed hoīes nō
cognoscunt mysteriū incarnatiōis. qꝛ iohes
baptista videt̄ illud ignorasse cū exñs in carce
re misit ad xp̄m discipulos dicens. Tu es qui
venturus es añ aliū expectamꝰ. Scd̄o qꝛ dio
nysius dicit in li. de celesti ierarchia. Multi

gentiliũ salutem adepti sunt per mysterium angeloꝝ. ⁊ tñ isti nõ habuerũt de xpo fidem implicitã nec explicitã. His rñdetur ad primũ ꝙ ioãnes ñ ignorauit mystetia xpi incarnati qui dixerat ioãnis .i. Ego vidi ⁊ testimoniũ perhibui qꝛ hic est filius dei. Unde nõ dicit. Tu es qui venisti. Sed tu es qui venturus es. querens de futuro non de preterito. Similiter nõ est credendũ ꝙ ignorauerit cũ ad passionẽ venturũ qꝛ dixerat. Ecce agnus dei ⁊c. pronũci[a]ns eius imolationẽ futurã. Potest ergo dici ſm Gregoriũ ꝙ inquisiuit ignorãs an ad infernũ in propria persona esset descensurus. Uel ſm Ambrosiũ nõ quesiuit ex dubitatione siue ignorantia sed magis ex pietate. Uel sicut Crisosto⁹ dicit. ñ quesiuit quasi ipse ignoraret sed vt per xpm satisfieret eius discipulis. Ad quoꝝ instructionẽ xps rñdit signa operum ostendẽs. Ad dictum vero dionysij rñdet Tho. ꝙ multis gentiliũ fuit facta reuelatio de xpo. vt patet de iob qui dixit. xix ca. Scio ꝙ redemptor meus viuit. Et idem ð Sibillis. Si qui tñ saluati fuerũt quibus reuelatio nõ fuit facta nõ fuerũt saluati absqꝫ fide mediatoris. qꝛ ⁊ si ñ habuerũt fidem explicitam. habuere tñ fidẽ implicitam diuina prouidentia credentes deũ esse liberatorẽ hoim ſm modos sibi placitos. ⁊ ſm ꝙ aliquibus veritatẽ cognoscẽtibus ipse reuelassꝫ. hec Tho. Quare credere mysteriũ xpi hoc tpe obligantur oẽs hoies mũdi. cum nullus iam de ignorantia nisi voluntaria excusare se possit. Ipm quippe incarnandũ predixerũt prophete. Incarnatum vero post eius ascensionẽ in celũ predicauerũt apostoli. quoꝝ sonus exiuit in omnẽ terram. Pro ipso insuper eiusqꝫ nois confessione tot milia viroꝝ ac mulierum letãter ⁊ libentissime martyriũ violentãqꝫ mortẽ tulerũt. Fuerũt adhuc sapientissimi vtriusqꝫ lingue grece .s. ⁊ latine eruditissimi doctores qui tanta in laudẽ xpi scripserũt vt nullus eũ iam venisse ratiõabiliter dubitare possit. Ob quod Maximus in sermone de martyribus inquit. Non sine magno discrimine religionis veritatem disputamus quam tantorum sanguine cõfirmatam videmus. Magni periculi res est si post prophetarum oracula. p⁹ aplorum testimonia. post martyrũ vulnera veterem fidem quasi nouellam discutere presumas. ⁊ post tam manifestos duces in errore ꝑmaneas. hec ille. Credamus ergo in xpm illumqꝫ totis visceribus diligamus. vt sic mereamur fieri participes gratie sue ꝑ quã tandem ad vitam perueniamus eternã. Amen.

¶ Sermo quintus de incarnatiõe xpi in quo cõfutantur errores illorum qui mundanam sapientiam sectantes male sensere de xpo.

¶ Primo rõne viuacitatis. Nã vt dicit dñs Bonauen. in. iij. di. xvi. Erat in xpo maxima cõplexiõis equalitas ⁊ viuacitas sensus. Vñ q: nullus potuit ei equari nec i equalitate cõplexiõis nec in viuacitate sensus. Dolor illi9 fuit oĩm dolor acutissim9. Confirmat h sctũs Tho. iij. pte. q. xlvi. dicens. Q: xps fm corpus erat optime cõplexionat9. ex eo q corp9 illud fuerat formatũ miraculose opatõe spũs scti. Sicut ⁊ alia que p miracula facta sũt fuerunt alijs potiora. vt Crisosto9 dicit de vino in qd xps aquam cõuertit in nuptijs. Et iõ i eo maxie viguit sensus tact9. ¶ Scdo ex pte corpis fuit dolorosissima christi passio rõne generalitatis. A planta eni pedis vsq3 ad verticẽ non fuit in eo sanitas. passus fuit in oĩbus mẽbris ⁊ in oĩbus sensibus. In capite passus ẽ pungẽtiũ spinar coronã. arundis pcussionẽ. ⁊ capillor depilationẽ. in facie passus est sputa fetidissima alapasq3 derisor. in manib9 ⁊ pedib9 passus est fixionẽ clauor. in ore passus ẽ amaritudinẽ fellcati ⁊ mirrati vini. in toto corpe passus est flagella verberantiũ illũ ad colũna3 ligatũ. ¶ Tertio ex pte corpis fuit grauissima passio xpi rõe diuturnitatis. Nã licet ab vtero virginis in qualibet etate pauperẽ vitã gerẽs passionibus. laboribus. vigilijs. peregrinationibus. predicatõib9 ⁊ hmõi sctm̃ illud corpus

expoſuerit. verūtñ in vltimis charitate feruētiſſim⁹ voluit pl⁹ ſolito laborioſiſſimis penis inſudare. Nā qnta feria parata cena poſt eſū agni paſcalis lauit pedes diſcipuloꝝ ante pedes illoꝝ genuflex⁹. Ibi mirū in modū ſemetipſū afflixit. dū tetigit proditorē. dū illū a ſuo pctō q̄ʒtū in ſe fuit ſtuduit reuocare. dū exornatiſſimo ſermone ꝓ ſuo tranſitu diſcipulos cōfortauit. Deinde hymno dicto ad montem oliuaꝝ ſe cōtulit. nō petijt locū quietis. nō intrauit aliquā domū. ad locū ſe cōtulit orōnis vſqȝ ad noctē mediā orauit ad patrē. pp vehementē aīe anxietatē ſanguine⁹ ſudor carnē virgineā madefecit. Irruerūt poſt hoc in eū turbe furentes ⁊ ceperūt ipſū. ligauerūt manus innocētis q̄ tactu ſuo viuifico infirmos curauerāt. Poſuerūt ⁊ in collo funē violenter trahētes agnū illū māſuetiſſimū q nemini vnq̄ȝ nocuit. Duxerūt eū ad annā ſocerū caypbe corā q̊ crudeliter ſeruus vnus alapā dedit in faciē in quā deſiderant angeli ꝓſpicere. aufugerūt ab eo diſcipuli eius. ⁊ ipſe ſolus abſqȝ conſolante erat in medio eoꝝ q ꝓcurabāt ei⁹ mortē. A domo anne ꝓceſſit ligatus tanq̄ȝ latro ⁊ ſediciosus ad domū caypbe. Ibi falſas accuſatiōes audiuit. ibi multiplicit̄ velut reus a pontifice corā alijs ſeniorib⁹ fuit examinat⁹. Ibi tandē derelictus in manus miniſtrorum vſqȝ mane iniurias. cōtumelias. blaſfemias. clamores. ꝑcuſſiones. deriſioneſqȝ paſſus eſt. O ieſu fili dei bn̄dicti. O ſaluator pijſſime. ⁊ qs tibi n̄ cōpatiat̄. Quis tā ferreus tāue ab hūanitate alienus. vt nō ꝯpungat̄. ¶ Tertio fuit acerbiſſima paſſio xp̄i ex ꝑte matris virginis. Diligebat nanqȝ mr̄eȝ illā amore incredibili. magis quidē diligebat q̄ȝ diligebat̄. qꝛ dilexerat eā ab eterno. tū qꝛ magis diſtincte cognoſcebat virtutes eius q̄ȝ ipa cognoſceret virtutes filij. tū qꝛ capacius erat cor xp̄i ad diligendaȝ virginē mr̄eȝ q̄ȝ ecōuerſo. Recogitabat ergo xp̄s dū pendebat in cruce quāta charitate ipȝ cōcepit in vtero dū dixit. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ verbū tuū. Quāto amore nouē menſib⁹ ipſū geſtauit. quāta leticia ipȝ ꝑpit. quāta pietate pannis inuoluit. pauitqȝ lacte. quāta ſolicitudine ad egyptū duxit. quāto labore nutriuit. quāta dulcedine mētis ⁊ oris tot ān̄is fili mi aſſerēſ illū vocauit. Et hec oīa xp̄i mētē ad mr̄iſ amorē inflāmabāt deinde inſpiciebat eā d̄ cruce meſtā. facie ſqualidā. ſparſo crine. lugētes ocl'os leuātē ad crucē. audiebat q̄ȝ vocē illius flebilē ⁊ doloroſā ingeminantē O fili mi bn̄dicte. O lumē oculoꝝ meoꝝ. O agne māſuetiſſime. O vas virtutum ⁊ gr̄e. video te patientē in cruce ⁊ aīa mea pp te patit̄ in meo corꝑe. video clauos cōfodienteſ man⁹ ⁊ pedes tuos. ⁊ aīa mea cūfoſſa ē doloris aculeo. O fili mi quis mihi det vt moriar tecum. Quid faciā q̊ me vertar? Ad quē ꝯfugiā? Tu mihi pr̄. Tu mihi frater. Tu mihi filius carnſ eras. Tu mee delitie. Tu mee diuitie. Tu om̄e bonū meū. Heu me dolētē orbatā filio dulciſſimo. filio ſanctiſſimo. filio ſapiētiſſimo. filio amoroſiſſimo. filio pulcherrimo filio florētiſſimo. His ⁊ hmōi q̄relis pulſabat aures filij mr̄ illa ſctiſſima. Quare xp̄s ⁊ ſi nō ore poterat corde ſic aut ſil'iter rn̄dere aſſerens illud Ieremie. xv. ca. Ve mihi mr̄ mea q̄re genuiſti me virū rixe. virū diſcordie in vniuerſa terra. Nō feneraui nec fenerauit mihi qſq̄ȝ. O mēs maledicunt mihi. Itaqȝ ex mr̄is aſpectu atqȝ cōpaſſione imenſo dolore. mens illa pia benigniſſimi ieſu feriebat̄. Et vndiqȝ abūdabāt in eū anguſtie ⁊ afflictiōes. ex q̄rū vehemētia cū clamore valido emiſit ſpm̄. Deprecemur ḡ eū vt ꝑticipes nos efficiat paſſiōis ⁊ mortis ſue. ita vt meritis ipſi⁹ habeam⁹ vitā illā quā ſua morte recuperauit. In qua regnat glorioſus ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo decimuſoctauus de glorioſa reſurrectione ieſu xp̄i que ſufficientiſſime humano generi declarata fuit.

Surrexit non eſt hic

Verba ſunt angeli ad mľieres deuotas loquentiſ originaliter Marci. xvi. ca. ⁊ in euāgelio hodierne ſolēnitat̄. Placuit redemptori noſtro dn̄o ieſu xp̄o ita luculenter ſuam reſurrectionē hoībus reuelare. vt nemo deinceps dubitare q̄at ipſū eē regē gl'e. oīm creaturaꝝ celi ⁊ t̄re dn̄m atqȝ imortalis vite largiſſimū donatorē. Notā q̄ppe fecit nobis viā celeſt̄ regni vt reſurgēſ adimpleuit nos leticia cū vultu ſuo. Quia Vo in lectione ſcti euāgelij deſcribit̄ illa q̄ mľieribus pijs ad monumētū eūtib⁹ de xp̄o iā ſuſcitato facta ē declaratio. Iō ad eruditionē nr̄am de manifeſtatōne xp̄i reſurgētis aliq̄ decurrem⁹ Cōſiderabimus āt illā precipue q̄ʒtū ad tria.

Primo q̄ʒtum ad mulieres.

Secundo q̄ʒtum ad angelos.

Tertio q̄ʒtum ad diſcipulos.

¶ Qualiter xp̄i resurrectio manifestata fuit mulieribus deuotis visitantibus monumentum. ¶ Capitulum .i.

PRimo consideranda est manifestatio resurrectōnis xp̄i q̄ztū ad mulieres de qb⁹ dr̄. qꝫ cū preparassent aromata venerūt ad monumentū. vbi tria sunt dubia declaranda.

Primū quare venerunt.
Secundū qn̄ venerunt.
Tertiū ad quid venerunt.

¶ Primū dubiū q̄re venerūt. Ad qd̄ dicim⁹ qꝫ mote fuerūt vt venirēt ꝛ vngerent corpus iesu ex pietate ꝛ beniuolētia q̄ ad xp̄m afficiebanẜ. Maria nāqꝫ magdalena m̄lta susceperat a xp̄o bn̄ficia. Ab ipsa eiecerat septē demonia Sororē suā marthā a fluxu sanguinis liberauerat. Fratrē suū laçarū quatriduanū suscitauerat. eāqꝫ semp̄ dulciter excusauerat tā apud phariseū qui dicebat ipsā imundā q̄z apud sororē q̄ dicebat eā ociosā. q̄z apud iudā q eā ꝓdigaȝ appellabat. Maria āt. s. iacobi minoris mr̄. ꝛ maria Salome. s. filia xp̄m tāq̄z nepotē tenerrime diligebant. Nā Anna tres habuit viros. s. Joachim. Cleopham ꝛ Salome. ꝛ de istis tribus viris habuit tres marias quas duxerūt tres viri. s. Joachim. Alpheus ꝛ Zebedeus. Maria q̄ nupsit ioseph pepit xp̄m virgo imaculata quē de spū sctō cōcepit. Maria que nupsit Alpheo habuit q̄ttuor filios. s. ioseph iustū. Jacobū minorē. Simonē ꝛ iudaȝ. Maria vxor çebedei duos habuit filios Jacobuȝ maiorē ꝛ Joānē euangelistā. Iste ergo mulieres non leuitate ducte sed amore sctō deuicte emerūt aromata vt veniētes vngerent corp⁹ illud qd̄ in sepulchro exaīe iā reliq̄rant. Q̄ituȝ āt ad hoc cōmēdari merito dn̄t. qn̄ virtuosā amicitiā ad xp̄m se hr̄e monstrarunt. Pauci quippe sunt q amicū diligūt in vita cuȝ vt in pluribus accidat verificari illud Ouidij dictum li. ij. de ponto. Vulgus amicitias vtilitate probat. Pauciores inueniunẜ q amicos diligunt in morte. Quinimo p̄sepe filij parētibus aduersanẜ. vxores viris ꝛ viri vxoribus dū salutē impediūt morientiū. aut negligēter illā ꝓcurāt. Paucissimi vo reperiri pn̄t q diligant post mortē. Quare quilibet mortu⁹ dicere pōt illud Psalmiste. Obliuioni datus sū tanq̄z mortuus a corde. Iste āt mulieres prestantissime xp̄m dilexerūt in vita. q2 sequebāẜ cū predicantē. vt pȝ Luce. viij. ca. Dilexerunt in morte q2 sociauerūt eū in cruce pendentem vn̄ Joānis. xix. dr̄. Stabāt āt iuxta crucē iesu mr̄ ei⁹ ꝛ soror mr̄is ei⁹ maria cleophe ꝛ maria magdalena. Dilexerūt insup̄ p⁹ mortē id̄ vnguenta parauerūt ꝛ ad sepulchrū dn̄i ꝓperarūt. Sed plerīqꝫ querūt. Cur virgo sacratissima q̄ pre ceteris xp̄m dilexit n̄ visitauit sepulchrū filij cū his tribus mulierib⁹. Ad qd̄ rn̄demus qꝫ hoc potuit eē multiplici de cā. Prima est q2 parasceue ꝛ sabbato tm̄ fleuerat qꝫ p̄ nimia debilitate subsistere nō valebat. Vn̄ s̄m Bernardū oportuit qꝫ de loco passionis inter manus discipuloꝝ tanq̄z semiuiua ad domū ꝓpriā deferreẜ. Hic Aug⁹ in quodā sermōe ingt. Illa quippe pia mr̄ imani dolore exulās ꝛ pectora delicata ꝯtūdēs ita ipsa viscera oīaqꝫ fatigauerat mēbra vt iā viribus deficiens vix ꝑuenire potuisset ad xp̄i funus. Scd̄a cā ꝛ precipua fuit q2 ip̄a sciebat filiū die tertia resurrecturū. Nā si de sua resurrectōne discipulos crebro fecerat certiores q̄zto magis de illa cū sua dignissima mr̄e p̄sepe ꝯtulerat. Jccirco prestulabaẜ illum auidissima in loco or̄onis. ꝛ forte illa hora q̄ m̄lieres ciuitatē exiere. filiū viderat vl̄ colloq̄baẜ cū eo. ¶ Scd̄m dubiuȝ declarandū. Qn̄ mulieres ad sepulchrū venerūt Nā marcus dic̄. Valde mane vna sabbatoꝝ veniūt ad monumētū orto iaȝ sole. Mattheꝰ vo scribit. Vespe āt sabbati q̄ lucessit in prima sabbati venit maria magdalena ꝛ altera maria videre sepulchrū. Et Joānes dic̄. Vna āt sabbati venit maria magdalena cuȝ adhuc tenebre eēnt ad monumētū. Et Lucas inquit Vna āt sabbati valde dilucl̄o venerūt ad monumentū. Ad istoꝝ euidentiā primo notādū. Q̄ sabbatū in scriptura tripliciẜ accipi cōsueuit. Aliqn̄ ꝓ tota septimana. Vn̄ Lucas. xviij ca. Jeiuno bis in sabbato. i. in septimana. Aliqn̄ accipiẜ sabbatū ꝓ die septima s̄ȝ illud Exodi. xx. Memēto vt diē sabbati sctifices. Aliqn̄ sumiẜ ꝓ q̄cūqꝫ die septimane cū istis noībus numeralibus prima scd̄a tertia q̄rta qnta sexta. ita qꝫ dies imediate sequens sabbatū dicebaẜ p̄ma sabbati ꝛ sequēs scd̄a sabbati ꝛ sic de reliquis. Scd̄m notandū vt refert Nicho⁹ de lira. Q̄ ab illa hora q̄ xp̄s fuit sepult⁹ nō potuerūt mulieres emere aromata ad vngendū xp̄m vsqꝫ ad vesperā diei sequentis. q2 solēnitas sabbati incepta erat ab hora sepulture. in q̄ nō licebat aliqd emere vsqꝫ ad vesperā sequētis diei. s. sabbati de quo Joānis. xix. dr̄. Erat q̄ppe magn⁹ dies ille sabbati. ꝛ tunc

emerũt aromata ⁊ pparauerũt vt dic̃ Lucas ꝓpter noctẽ de,primo iminẽtẽ.sed in mane se quẽti venerũt. Tertiũ notandũ ſm Augusti. de ꝯsensu euãgelistaꝝ ꝙ vespa duob⁹ modis accipit. Uno mõ ꝓ fine diei ⁊ principio noctꝭ Alio mõ ꝓ fine noctꝭ ⁊ principio diei. Et isto vltimo mõ loquit Mattheus cũ dicit. Uespe ãt sabbati q̃ lucescit in prima sabbati. Si vo velimus dictũ matthei accipe primo mõ tunc illud qd̃ dicit Uespe ãt sabbati.refert ad mulierũ pparationẽ.qꝛ tũc vespe sabbati vt p̃dictũ est preparauerunt se ad veniendũ.licet pp noctẽ nõ venissent. Illud ãt qd̃ dicit Joãnes. Cũ adhuc tenebre essent. Et illud qd̃ dicit Lucas. Ualde diluculo. Et illud qd̃ dicit Marc⁹ Ualde mane. Intelligendũ est ꝙ qñ mulieres inceperũt iter erat valde mane seu diluculũ.⁊ tenebre ẽt erãt.qꝛ neqꝫ pfecte dies neqꝫ pfecte nox. Sꝫ cũ puenerũt ad monumẽtũ iã sol erat ortus. Sol ãt põt intelligi oriri dupliciter. Uno mõ pfecte qñ pmo egredit ⁊ apparet sup terrã.⁊ sic nõ accipit hic. Alio mõ qñ lux eius incipit apparere.s.in aurora cũ ab oriẽte albescere incipit. vnde valde mane ⁊ tenebre ⁊ diluculũ ⁊ orto sole accipiunt ꝓ eodẽ. ¶ Tertiũ dubiũ declarandũ Ad qd mulieres venerũt. Ad qd̃ rñdet.ꝙ mos erat iudeoꝝ vngere corpora defũctoꝝ vt ꝯseruarẽt a fetore ⁊ putrefactiõe Iste ergo sctẽ mulieres nescientes ꝙ corpus xp̃i corrũpi nõ poterat illud ex deuotõe vngere decreuerũt. Ad hoc ãt clarius intelligendũ cõmemorãda est snia doctoris nr̃i Riccardi de media villa i suo.iiij.di.xliij.vbi ait. Q oia corpa incinerabant excepto corpe xp̃i ⁊ corpe virginis mr̃is q̃ incinerata nõ fuerũt. De corpore xp̃i certissimũ est. de corpe mr̃is credere piũ est. Sicut eni culpa originalis in aia inducit debitũ sepationis aie a suo corpe pp sepationẽ sui a deo pp culpã ita vitiũ fomitis in carne inducit debitũ incineratiõis eiusdẽ. vñ sic oẽs ex debito p̃ter xp̃m mortui sũt vel morient ita oibus corpib⁹ hũanis p̃ter corp⁹ xp̃i ⁊ mr̃is sue icineratio debet. Quis eni btã virgo pctm̃ originale ꝯtraxerit vel si ab illo p̃seruata fuerit ꝯhere tñ debuisset. q̃propt fuit in ea debitũ moriẽdi.tñ fomes in ea nũqꝫ aliquẽ actũ habuit. ⁊ p scd̃am sctificationẽ totaliter fuit sublatus ab ea. Hoc vo qd̃ dr̃ de incineratõe corpoꝝ cõi cursu nature ꝯcordat q ẽ ꝙ oia generabilia ⁊ corruptibilia resoluent in id de q̊ facta sunt. Hũana vo corpa de terra facta sũt.sicut pꝫ Genes.ij.ca. O b qd̃ Job.xiiij ca.dr̃. Memẽto q̃so ꝙ sicut lutũ feceris me ⁊ i puluerẽ reduces me. Ea vo in q̃ corpora resoluunt hũana dicunt cineres pp antiquã ꝯsuetudinẽ qñ mortuoꝝ corpora cõburebant. Nõ fuit igit incinerabile siue in pulueres resolubile corpus xp̃i.qꝛ in illo vitiũ fomitꝭ nũqꝫ fuit Et si obijceret ꝙ resurrectio eius fuit exẽpluꝫ resurrectionis nr̃e. g̃ debuit esse a cineribus. Rñdere possum⁹.ꝙ resurrectio xp̃i fuit exemplũ resurrectiõis nr̃e.qꝫtũ ad eius essentiã.s.a morte in vitã nõ ãt qꝫtũ ad oia accidẽtia. Sꝫ adhuc difficultas orit de illis q iminente iudicij tpe iuenient viui q statim morient ⁊ resurgent.quõ illoꝝ corpa incinerabunt cũ incineratio nõ fiat subito. Ad qd̃ rñdet Riccardus Q corpa illa incinerabunt p ignẽ q p̃cedet faciẽ iudicij. Licet g̃ mulieres in fide xp̃i deficerent:tñ vehementissima erat pietas ⁊ deuotõ illaꝝ q̃ nec timore iudeoꝝ nec terrore militũ q ad sepulchri custodiã fuerãt deputati.nec i sup difficultate rei retardabant.qn ad corpus xp̃i vngendũ oẽm diligentiã adhiberent.dicebãt ãt ad inuicẽ. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti. Erat qppe magn⁹ valde Mattheus vo dicit. Aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumenti. Ubi ait Nicho: de lira ꝙ monumẽtũ illud erat factũ ad modũ cuiusdã domũcule in cui⁹ medio erat sepulchrũ.⁊ i domũcula erat qd̃dã ostiolũ ad habendũ illuc ingressũ. Sepulchrũ ãt erat clausũ grandis lapidis ad os aduolutione. Sigilli appositõne ⁊ militum deputattione.

¶ Qualiter angelus amouit lapidẽ a monumento ⁊ sedebat sup illum ⁊ qꝫ congruũ fuit mulieribus apparere. ¶ Capitulum.ij.

Secundo cõsideranda est manifestatio resurrectõnis xp̃i qꝫtum ad angelos. Ubi tria sunt dubia declaranda.

Primũ vtrũ angelus amouit lapidẽ ab ostio monumenti.

Secundũ vtrũ idem angelus sedit sup lapidẽ qui sedebat in dextris.

Tertiũ vtrũ congruũ fuit angelũ mulieribus sic apparere.

¶ Ad primũ dubium pꝫ responsio ex dictis Matthei.q ait. Ecce terremot⁹ factus est magnus.angel⁹ ãt dñi descẽdit de celo ⁊ accedẽs reuoluit lapidẽ ⁊ sedebat sup eũ. Amotio ista ⁊ reuolutio lapidis facta fuit post xp̃m iã suscitatũ vt oẽs doctores affirmant. Causa vo

pulus reuolutionis fuit vt vacuū ostenderet
sepulchrū a q̊ clauso xp̄s resurgens exiuerat.
Nec hesitandum est ꝙ angelus potuit ⁊ mo
uere terrā ⁊ reuoluere grandē lapidē. cum sit
sn̄ia Augustini in.iij.de trinita. Et scti Tho.i.
pte.q.cx. Et Nicholai de lira super isto passu
matthei. Ꝙ q̄uis materia corꝑalis nō obedi
at angelis ad nutū sed soli deo q᷑ ois informa
tio materie vł ē a deo imediate vł ab aliq̊ agē
te corꝑali.nō āt imediate ab angelo. Verū tn̄
oia corꝑa obediūt angelis ad motū localē. q᷑
nā corꝑalis nata ē moueri imediate a nā spūa
li ꝭm locū. Vn̄ ⁊ ph̄i posuerūt suprema corꝑa
moueri localiter a spūalibus substantijs. Ad
scd̄m dubium dicēdum ꝙ licet mattheꝰ dicat
angelū sedere suꝑ lapidē. ⁊ marcꝰ sedere i de/
xtris.tn̄ nō est ꝯrietas.q᷑ potuit eē ꝙ idē ange
lus primo visus est sedere suꝑ lapidē.postmo
dū visus ē sedere in monumēto. Vel ꝭm Au/
gusti.de cōsensu euāgelistaꝝ.forte fuerūt duo
⁊ mattheus loqᷣ de vno.marcꝰ de alio. Lucas
ꝟo dicit. Ecce duo viri.i.angeli apparentes i
specie viroꝝ steterūt secus illas. Ista appari/
tio potuit esse pꝰ primā ⁊ scd̄am. dū circuirēt
monumentū intrantes ⁊ exeūtes.postq̄ꝫ ⁊ dū
sola magdalena remāsit vt dicit Ioānes ⁊ icli
nata ꝓspiceret ad monumētū. vidit duos an
gelos in albis sedētes. vnū ad caput ⁊ vnū ad
pedes vbi positū fuerat corpus iesu. Facile eni
est angelis sic apparentibus vt dicit Nicho.
de lira suꝑ lucā mutari de sessione in stationē
⁊ ecōuerso. Ad tertiū dubiū dicimꝰ ꝙ cōgrua
fuit angeli apparitio de q̊ Marcus scribit ꝑ/
cipue q̄ꝫtū ad tria. Primo q̄ꝫtū ad aspectū q᷑
viderūt eū iuuenē. Scd̄o q̄ꝫtū ad sitū q᷑ sedē/
tē in dextris. Tertio q̄ꝫtū ad amictū q᷑ cooꝑtū
stola candida. Primo viderūt eū mulieres iu
uenē.ad innuendū ꝭm glosā ꝙ oēs in etate iu
uenili resurgemus. Et vt sic familiariꝰ illas al
loqueret instar angeli thobie.de q̊ dr̄ Thobie
v.ca. Egressus thobias inuenit iuuenē stantē
splēdidū ⁊ q̄si precinctū ad ambulādū. Scd̄o
viderūt eū sedentē in dextris qd̄ cōgrue factū
est. Nā vt ingt Grego.in omelia. Quid ꝑ si/
nistrā nisi vita pn̄s. qd ꝟo ꝑ dextrā nisi vita
ꝑpetua designat. Quia g̊ redēptor nr̄ iā pn̄tis
vite corruptionē transierat recte angelus qui
nūciare eiꝰ vitā ꝑhennē venerat in dextera se
debat. hec ille. ꝭm ꝟo Beddā corpus xp̄i sic
fuit in monumento sitū ꝙ eiꝰ dextera ps re/
spiciebat plagā meridianā. Tertio viderunt
eū cooꝑtū stola candida q̄ꝫtū ad amictū. Ista
āt vestis ꝭm glosā nō erat corꝑea. sed quedā
resplendentia ex virtute spūali angeli ad simi/
tudinē vestis. Ꝙ āt sic apparuit moralis ē rō
q᷑ sic color albus ⁊ candidus est color pulcher
rimus ⁊ purissimus.ita post resurrectionē eri
mus candidi ⁊ gloriosi. Vel vt Grego. dicit i
omelia. Stola cādida cooꝑtus apparuit q᷑ fe
stiuitatis nr̄e gaudia nunciauit. Candor enim
vestis splendorē nr̄e denūciat festiuitatis. Sꝫ
pleriqꝫ querūt cū tā ex etate iuuenili q̄ꝫ ex ful/
gore ⁊ luminosa presentia delectabilis ⁊ iocū
da fuerit angeli apparitio. quō mł̄ieres timo
re cōcussę fuerūt. Ad q̊s sacri doctores rn̄dēt.
Ꝙ hec est differentia inter apparitionē boni
⁊ mali angeli. Nā malus terret ⁊ nō cōfortat
Bonus aūt subita visione terret tn̄ imediate
cōfortat. Sicut patet ð angelo q apparuit da/
nieli. de quo ipse dicit ca.x. Ꝙ cū stupefactus
esset ad visionē angeli. angelus cōfortauit eū
⁊ dixit sibi. Noli timere vir desiderioꝝ pax ti
bi cōfortare ⁊ esto robustus. Eodē mō iste an
gelus bonus mulieres a principio terruit ꝑꝑ
rē grādē ⁊ insolitā tn̄ imediate cōfortauit eas
dicens. Nolite expauescere. iesū queritis naça
renum crucifixum. surrexit. non est hic. Ecce
locus vbi posuerunt eum.

¶ Ꝙ mulieres ꝯuenienter fuere nūcie resur/
rectōis que xp̄m resuscitatū viderūt. Et cur ð
petro fit specialis mentio. ¶ Capitulum.iij.

TErtio ꝯsideranda est manifestatio resur
rectionis xp̄i q̄ꝫtū ad discipulos q᷑ sub/
didit angelus. Ite dicite discipulis eius ⁊ pe/
tro q᷑ precedet vos in galileaꝫ. Vbi tria sunt
dubia declaranda.
Primū vtrū fuit cōueniēs vt xp̄i resurrectio
a mulieribus notificaretur discipulis.
Scd̄m cur de petro facta fuit specialis mētio
Tertiū vtrū he mulieres xp̄m a mortuis iam
suscitatum viderunt.
¶ Ad primū rn̄demus ꝙ mulieres cōgrue fu
erūt nūcie resurrectiōis. Nam sicut fuit ordo
dānationis ⁊ mortis humani generis sic de/
buit esse ordo denunciatōnis reꝑationis vite
⁊ beatitudinis. Per mysteriū nanqꝫ mali an
geli mulier fuit primus nūcius mortis ⁊ pcti.
qn̄.s.dedit viro de pomo ⁊ comedit. Mulier
itaqꝫ per mysteriū boni angeli est primus nū/
cius vite ⁊ gratie. annuncians resurrectioneꝫ
xp̄i ꝑ quā redempti sumus ⁊ viuificati. In h̄
insuꝑ erigit spes muliebris sexꝰ ne de futura

reſurrectione deſperet. Si eni͂ mulieres facte
ſunt reſurrectionis nūcie. ergo ⁊ ipſe cū viris
reſurgēt. Nec͡ꝫ audiendi ſunt q dicūt illas in
ſexu virili reſurrecturas. ꝯ quos loquit̃ Augꝰ
li. xxij. de ciui. dei. ⁊ doctores theologi illuꝫ ſe/
quunt̃ in. iiij. di. xliiij. vbi catholice tenetur. ꝙ
oēs reſurgent. ſed viri in ſexu virili. mulieres
in ſexu femineo. q᷑ hoc exigit nã indiuidui ⁊
cōgruit ꝑfectioni ſpeciei. ⁊ erit occaſio laudã
di ſapiam dei. Nō eni oim indiuiduoꝝ natu/
ra eundē exigit ſexum. ſed nã quorundã exigit
maſculinū. ⁊ quorundã nã femineū. Et vt ibi
dē refert Augꝰ ca. xvij. Mēbra feminea non
erūt accomodata veteri vſui ſed nouo decori.
quo nō alliciant̃ aſpicientes ꝯcupiſcentia que
nulla erit. ſed dei laudet̃ ſapientia atq͡ꝫ clemē
tia. Et iterū. nō erit ibidē libido que confuſio
nis cã eſt. nã priuſq͡ꝫ peccaſſent nudi erãt vir
⁊ femina. vñ ⁊ poſt reſurrectionē nō erit opꝰ
veſtibus ꝓ tegumēto. ſed tantū amicti erunt
lumine ſicut veſtimento. ¶ Secundū dubiuꝫ
fuit. cur de petro facta eſt ſpecialis mētio. Ad
qδ dicunt doctores. Primo propter principa
litatē quã tenebat inter aplos. de qua in ſuo
ſermone plene dictū eſt. Jdeo tanq͡ꝫ principa
li dr̃ ꝙ ſibi denūciēt. Scδa rō Hieronymi vt
tolleret̃ ab eo mã deſperationis q᷑ indignum
ſe iudicauit diſcipulū dum ter negauit mgr̃m
Sed ꝑ penitentiã veniã obtinuit ⁊ gratiam.
Tertia rō ſm̃ Grego. in omelia. ad amouen/
dam ab illo verecundiã ⁊ erubeſcentiã. nã ex
eo ꝙ ter vocaliter negauerat xp̄m cū quo mo/
ri ſe promiſerat. verecundabat̃ inter diſcipu/
los apparere. Subdidit ãt angelus. Quia pre
cedet vos in galileã. ibi eū videbitis ſicut di/
xit vobis. Jſta viſio ñ fuit die qua reſurrexit.
Sꝫ qñ vndecim diſcipuli vt refert Matthe
abiere in galileaꝫ in montē. ſ. Thabor. vt dic̃
Nicholaus de lira. ibi vbi transfiguratus fu/
erat coram paucis. petro. ſ. iacobo ⁊ ioãne. cō
pletaꝫ reſurrectionē ſuã manifeſtauit vniuer
ſaliter oibus ſuis diſcipulis. Vñ probabiliter
credit̃ ꝙ illa fuit manifeſtatio quaꝫ deſcribit
Aplus. i. corin xv. ca. Deinde viſus eſt pluſq͡ꝫ
quingentis fratribꝰ ſimul. Mattheus tñ nō
exprimit niſi. xi. aplos. q᷑ iudas erat mortuus
⁊ iſti erãt principales diſcipuli chriſti. Scδm
vo moralem intellectum Galilea chriſto ſu/
ſcitato recte congruit. Nam galilea interpre/
tatur transfiguratio ſcδm Beddam ⁊ Gre/
gorium in omelia. vt deſignetur ꝙ in reſurre/
ctione facta eſt transfiguratio de mortalitatē
ad immortalitatem q͡ꝫtum ad corpus. de paſ/
ſibilitate ad impaſſibilitatem q͡ꝫtum ad ani/
mam. de miſeria ⁊ penalitate ad eternam glo
riam ⁊ felicitatem q͡ꝫtum ad vtrunq͡ꝫ. Dum
enim chriſtus in hac vita erat voluntarie de/
fectus noſtros aſſumens. patiebatur q͡ꝫtum
ad corpus defectum mortalitatis. q͡ꝫtum ad
animã paſſibilitatis. q͡ꝫtum vo ad vtrunq͡ꝫ
patiebatur multiplicem miſeriã ⁊ penalitatē
que oia in reſurrectione depoſita ſunt. Hinc
Leo papa in ſermone inquit. Poſt paſſioneꝫ
xp̄i ruptis vinculis mortis. infirmitas in vir/
tutem. mortalitas i eternitatē. cōtumelia trã/
ſiuit in gloriam. Et vt Gregorius in omelia
refert. nos reſurrectionis eius gloriam leti vi
debimus. ſi a vitijs in virtutuꝫ celſitudinem
tranſmigramus. ¶ Tertiū dubium erat vtrū
ille ſancte mulieres quibus angelus xp̄i reſur
rectionē manifeſtauit viderunt chriſtū ſuſci/
tatum. Et ꝙ ſic apparet ex dictis euangeliſta/
rum. Jnquit eni marcus. Surgens ieſus ma/
ne prima ſabbati apparuit primo marie ma/
gdalene a q̄ eiecerat ſeptem demonia. Et mat
theꝰ dicit. Et audito ab angelo nouo de reſur
rectione. exiere cito de monumēto ⁊ in timo/
re ⁊ in magno gaudio currētes nūciare diſci
pulis. Ecce ieſus occurrit illis dicens. Auete.
Jlle ãt acceſſerūt ⁊ tenuerūt pedes eius ⁊ ado
rauerūt eū. Vbi aduertendū ꝙ poſtq͡ꝫ angelꝰ
de reſurrectione vt dictū eſt mulieres inſtru/
xerat. ipſe cōſternate mente abire ceperūt. Et
cū nōdū plene capaces eſſent tãti myſterij. pu
tabãt forte xp̄i corpus a iudeis fuiſſe ſublatū
⁊ in aliquo vili loco collocatum. Quare ma/
gdalena que chriſtum ardentiſſime diligebat
anteq͡ꝫ aliquid diligentius ſcrutaretur. ipſuꝫ
ſublatum pro certo eſſe ſupponēs. petro ⁊ io/
anni nunciare cucurrit. vt ſcribit ioannes di/
cens. Tulerunt dñm de monumento ⁊ neſci/
mus vbi poſuerunt eum. Jlli vo venerūt ad
monumentū. ⁊ ioannes cucurrit citius petro
⁊ inclinauit caput ad ſepulchrum. viditq͡ꝫ po/
ſita lintheamina nec tñ intrauit illud. Petrꝰ
vo poſtea veniens intrauit in illud. viditq͡ꝫ
poſita lintheamina ⁊ ſudariū capitis ſtans ad
ꝑtē. deinde ioãnes intrauit ⁊ vidit ⁊ credidit
qδ dixerat magdalena. ſ. dñm eſſe ſublatuꝫ de
monumento. Nondū eni ſciebant ſcripturas
ꝙ oportebat eū a mortuis reſurgere. poſt hoc
ãt diſcipuli contriſtati ad propria redierunt.

Et magdalena cū his mulieribꝰ ad sepulchꝛū
redierūt. a quo illis duabus recedentibus. ma
ria stabat ad monumentū foris ploꝛans. ꝛ dū
sic fleret inclinauit se ꝛ ꝓspexit in monumen
tū. Scd̄m eni Grego. Amāti semel aspexisse
nō sufficit. qꝛ vis amoꝛis multiplicat affectuꝫ
inquisitiōis. Et tūc vidit duos angelos sedē-
tes vnū ad caput ꝛ vnū ad pedes vbi posituꝫ
fuerat coꝛpus iesu. dicūt ei illi. Mulier qd plo
ras? dicit eis. Tulerūt dn̄m meū ꝛ nescio vbi
posuerūt eū. Cū hoc dixisset ꝯuersa vidit iesū
stantē ꝛ nesciebat qꝛ iesus eēt ꝛ dixit ei iesus.
Mulier quid ploꝛas? Quē q̄ris? O bone iesu
desideriū aīe sue Cur interrogas quid ploꝛas
quē queris. Ipsa paulo ante oculis viderat te
spem suā suspendi in ligno ꝛ tu nunc dicis qd
ploꝛas. Ipsa die tertia p̄cedēte viderat manꝰ
tuas quibꝰ sepe bn̄dicta fuerat ꝛ pedes q̊s la-
chꝛymis rigauerat clauis affigi. ꝛ nūc tu dicis
qd ploꝛas. Nūc insuꝑ coꝛpus tuū sublatū exti
mat. ad qd̊ vngendū vt se quodāmō ꝯsolaret
veniebat. ꝛ tu dicis qd ploꝛas. quē q̄rꝭ. Tu ipse
scis qꝛ te solū q̄rit. te solū diligit. ꝓ te oīa cōtē
nit. ꝛ tu dicis quē q̄ris. Tu cā q̄rele. Tu cā plo
ratus Tu eā dilectā discipulā totā ad te attra
xisti. At illa existimās qꝛ hoꝛtulanus eēt. dixit
ad eū. Dn̄e si tu sustulisti dicito mihi vbi po-
suisti eū ꝛ ego eū tollā. O admirabilis mulie-
ris audacia. O maria. si foꝛte coꝛpus iesu po-
situm est i atrio pꝛincipis sacerdotū vbi aplo͛ꝝ
pꝛinceps calefaciebat se ad ignē. qd factura es
ego eū tollā. Sed si in platea foꝛet cū multitu
dine iudeoꝝ. qd nūc ageres? Ego eū tollā. O
cōstantia. O ardoꝛ inflāmatissime quo mens
magdalene liq̄fiebat. Absolute ꝓmittit. ego
eū tollā. Dicit ei iesus. Maria Hec siquideꝫ
vox penetrauit aīam eius. Cognouitqꝫ iesū ꝛ
dixit. Raboni. i. magister. ꝛ cucurrit ad pedes
eius. Cui iesus. Noli me tangere. nōdū enim
ascendi ad p̄rem meū. s. scd̄m tuū iudiciū infi
dele ac si apte dicat. Tibi non ascendi. qꝛ n̄ cre
didisti ꝑfecte me equalē p̄ri. vel foꝛte hoc ait:
vt illā hūiliaret ne nimis pꝛesumeret qꝛ ipsū
resuscitatū pꝛima oīm cōspexissꝫ. distulitqꝫ ei
concedere tactū donec scd̄a vice cū alijs appa
reret. Et addidit dn̄s marie dicens. Vade ad
f̄res meos ꝛ dic eis. Ascendo ad patrē meū ꝛ
p̄reꝫ vr̄m. deū meū ꝛ deū vr̄m. Statimqꝫ dis
paruit. At ꝛ magdalena in fide solidata aīo
iocūda egrediēs hoꝛtuꝫ. ꝑgebat vt iussa dn̄i ꝛ
mḡri ꝑficeret. Cūqꝫ festīa rediret socias suas
in itinere infra sepulchꝛū ꝛ hierl̄m adinuenit
quibꝰ xp̄m in specie hoꝛtulani se vidisse nar-
rauit. Cūqꝫ festino gressu versus hierl̄m pa-
riter irent. ecce iesus occurrit eis dicēs. Auete
Iste āt accesserūt ꝛ tenuerūt pedes eiꝰ ꝛ ado-
rauerūt cū adoꝛatiōe latrie. in fide iā roboꝛa-
te. Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūcia
te fratribus meis vt eant in galileā. ibi eni me
videbunt. Vocat āt discipulos fratres aman
tissimus pꝛinceps. tū vt ostendat se surrexisse
in carne generis nr̄i. tū vt ad suiꝰ amoꝛē magꝭ
eos accendat. ꝛ ad fiduciā societatis sue ac vi
sionis coꝛroboꝛet ꝛ cōfirmet. tū X̄o vt filios
eterni p̄ris ꝛ xp̄i se noscerēt coheredes. O hꝰ
almi regis benignitas q relictus in bello paui
dos suos foꝛmidosos ꝛ fugitiuos socios cum
euasit noīat f̄res ꝛ nouitatē celestē in suo coꝛ-
poꝛe ostendere repꝛomittit. Et sic dr̄ Ioānis
xx. ca. Venit maria. s. cū alijs marijs ānūciās
discipulis qꝛ vidi dn̄m. ꝛ hec dixit mihi. Cur-
ramus igit̄ ꝛ nos fide ac deuotōne ad xp̄m oī
studio requirendū. q ad se euntes nō eijcit fo-
ras. concedens illis ꝛ in pꝛesenti grām ꝛ in fu
turo gloꝛiam sempiternam. Amen.

¶ Sermo decimusnonus de ascensione salua
toris nr̄i iesu xp̄i qn̄ videntibus discipulis ce-
los ascendit.

Assumptus est in ce
lum ꝛ sedet a dextris dei. Scribunt
hec verba oꝛiginaliter Marciꝰ vltio
ca. ꝛ in euangelio pꝛesentis solēnitatis. Iocū
dissimū nouū ascensionis iesu xp̄i filij dei me
rito excitare dꝫ mētes nr̄as. subleuareqꝫ oīm
coꝛda ad ardentissime desiderādū bonū illud
sūmū ac copiosuꝫ. qd̊ cū quisq̄ꝫ acq̄sierit nūq̄ꝫ
amittet. Neqꝫ ampliꝰ excusare se hoīes pn̄t si
se ignaros ꝓmisse felicitatis dicant. Cuꝫ ipse
iesus nō solū verbo sed expiētia facti ostēde
rit clarū ad superos iter. Qd̊ Micheas pꝛedi
xit ca. ij. Ascendit pandēs iter an̄ eos. Pꝛofe
cto res clarissima ꝛ admirāda fuit. dū xp̄us q̄-
dragesima die postq̄ꝫ surrexit a moꝛtuis. vidē
tibus discipulis eiꝰ alijsqꝫ deuotꝭ q̄ꝫpluribus
ꝛ bn̄dicta mr̄e. de mōte oliueti celū cōscendit.
Quapꝛopī vt hec oīa cūctꝭ innotescāt. ad xp̄i
ascēsionē dirigamꝰ aīum ꝛ v̄ba. De q̄ in pn̄ti
sermone tria mysteria ꝓponimꝰ ꝯtemplāda.
Pꝛimū dr̄ dignitatis.
Secundum congruitatis.
Tertium qualitatis.

¶ De dignitate ⁊ preeminentia xp̄i que nota
tur per hoc ꝙ sedet a dextris dei. ⁊ quid ꝑ de/
xteram intelligiṫ. ¶ Capitulum. i.

PRimū mysteriū cōtēplandū de ascensi/
one xp̄i dr̄ dignitatis. q2 ascendit ⁊ sedet
a dextris dei. i. p̄eminet oībus creaturis ⁊ an/
gelis ⁊ hoībus. Iuxta illud qđ scribit apl'us
ad Ephesios. i. ca. Constituit illum sup omnē
principatū ⁊ ptātem ⁊ supra oē nomen quod
noiaṫ siue in hoc seculo siue in futuro. Sed ꝓ
clariore huius partis intelligentia tria sunt h̄
dubia declaranda.
¶ Primū vtrū xp̄o conueniat sedere ad dexte/
ram patris.
Secundū vtrū sedere ad dexteram patris cō/
ueniat xp̄o ſm ꝙ homo.
Tertiū vtrum alijs a xp̄o cōueniat sedere ad
dexterā patris.
¶ Ad primū dubiū arguunt quidā ꝙ nō con
uenit xp̄o sedere ad dexterā patris. neqꝫ bene
aiunt ita de xp̄o loquentes. Primo nullū cor
porale cōpetit deo qui sp̄us est. Sed dextera ⁊
sinistra sunt differentie positionū corporaliuꝫ
ergo nō cōueniūt deo. Scđo si filius sedet ad
dexterā. ergo pater ad sinistrā. sed dextera no
bilior est sinistra. ergo pr̄ sedet in parte igno/
biliori. Tertio stare ⁊ sedere sunt opposita. sed
Actuū. vij. ca. stephanꝰ vidit iesū stantē a de/
xtris virtutis dei. ergo nō sedet. Sed ꝯ sic ar/
guētes prius opponamꝰ testimōia scriptura/
rū. deinde soluemꝰ obiecta. In simbolo nāqꝫ
apl'oꝝ dr̄. Ascendit ad celos sedet ad dexterā
dei p̄ris oīpotētis. Et in simbolo patrū. Ascē
dit in celū sedet ad dexterā p̄ris. Et ad ephesi.
i. ca. scribiṫ. Constituens illū ad dexterā in ce/
lestibus. Et ad Colocenses. iij. ca. Xp̄us est in
dextera dei sedens. Et ad Hebreos. i. ca. Se/
det ad dexterā maiestatis in excelsis. Et. x. ca.
Sedet in dexterā dei p̄ris. Et ad Romanos.
viij. ca. Xp̄s iesus est ad dexterā dei qui etiaꝫ
interpellat ꝓ nobis. Et Marci. xiiij. Luce. xxij.
Matth. xxvi. Erit filius hoīs sedens a de/
xtris virtutꝭ dei. Hoc predixit Dauid p̄s. cix.
Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Q2 āt
hec verba de xp̄o dicanṫ patet ex eo ꝙ Pau/
lus ad hebreos. i. ca. ait. Ad quē aūt angeloruꝫ
dixit aliqn̄ deus. sede a dextris meis? Et xp̄us
Matth. xxij. dixit. Quō dauid vocat eū in spi
ritu dn̄m dicēs. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a de/
xtris meis. Et si iudei negarent testimonium
pauli ⁊ xp̄i asserentes. verba ista de alio nō de
ipso xp̄o affirmari debere. statim incredulita/
tem coꝝ conuincimus ꝑ doctores ipsoꝝ. Nā
Rabbi Ionathā apud hebreos probatissimꝰ
in sua translatione chaldaica ait. Dixit domi
nus verbo suo. Et Rabbi Ioden super illud
psalmi. xvij. Dedisti mihi protectionē salutis
tue ⁊ dextera tua suscepit me. Inquit. In fu/
turū deus sctūs ⁊ benedictus cōuertere faci/
et regem messiā ad dexterā suam. Sicut scri/
ptū ē. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis
Istud insup tenet Rabbi moyses addarsan.
Pro solutione igiṫ obiectoꝝ notāde sūt tres
veritates. Prima veritas ꝙ h̄ nomen dextera
in scripturis inueniṫ de deo dictū. Vn̄ Exodi
xv. ca. Dextera tua dn̄e magnificata est in vir
tute dextera tua ꝑcussit inimicū. Et p̄s. xv. De
lectatōes in dextera tuaꝫ vsqꝫ in finē. Et p̄s. xx.
Dext'a tua īueniat oēs q te oderūt. Et p̄s. xlvij
Iusticia plena est dextera. Et p̄s. cxvij. Dexte
ra dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me.
Et p̄s. cxxxvij. Saluuꝫ me fec̄ dextera tua. Et
Isaie. xlviij. ca. Dextera mea mensa est celos.
Et Abacuc. ij. ca. Circūdabit te calix dextere
dn̄i. Scđa veritas. Q2 cū dicimus xp̄m ad de/
xterā p̄ris sedere nō intelligimus ꝑ dexteraꝫ
aliqd corporale. Sed locutio est metaphorica
quales ⁊ alie cū dicimus oculos dn̄i. brachiū
dn̄i ⁊ filia. ꝑ q̄ designanṫ sp̄uales ꝓprietates
siue opatōes diuine. Hinc Damascenꝰ in. iij
suaꝝ sn̄iaꝝ ait. Non localē dexterā p̄ris dici/
mus. qualiter eni qui incircūscriptibilis est lo
calē adipisceṫ dexteraꝫ. Tertia veritas ꝙ noīe
dextere intelliguntur tria. s. gloria diuinitatis
beatitudo ⁊ iudiciaria ptās. Erġ ſm Aug. li.
de simbolo ⁊ Damascenū. Sedere ad dexterā
patris nil aliud est nisi cū p̄re hr̄e gloriam di/
uinitatis ⁊ beatitudinē ⁊ iudiciariā ptātem ⁊
hoc incōmutabiliter ⁊ regaliter. Vn̄ Dama/
scenus inquit. Dexterā patris dicimus glori
am ⁊ honorē diuinitatis in qua dei filius exti
tit ante secula vt deus ⁊ p̄ri consubstantialis
Scđm Do Tho. iij. parte. q. lvij. Hec preposi
tio ad vel in cū dicimus ad dexterā vel in de/
xtris. solā distinctionē ꝑsonalē importat ⁊ ori
ginis ordinē. nō āt gradū nature vel dignita/
tis. q nullus est in diuinis ꝑsonis. q2 ſm Atha
nasiū. tres ꝑsōe coeterne sibi sūt ⁊ coeq̄les. Et
sic soluimus primū obiectū ostendentes q nō
dr̄ dextera corporaliter de deo. Ad scđm Do
rn̄det Augꝰ in li. de simbolo. In illa beatitu/
dine oīa dextera sunt. q2 nulla est ibi miseria.

Verũtñ vt inqt Tho. vbi. s̃. nullo mõ põt di/ci ꝙ prĩ sedeat ad dexteraꝫ filij vel spũs scti qꝛ filius ꝛ spũs sctũs trahũt originẽ a pr̃e ꝛ non ecõuerso. Sꝫ spũs sctũs ꝓprie põt dici sedere ad dexterã pr̃is vel filij ƀꝫ sensũ predictũ. Verũtñ ƀm quandã appropriationẽ attribuit̃ filio equalitas. Vñ Aug⁹ ait. In pr̃e est vnitas in filio equalitas. in spũ sctõ vnitatis equali/tatisqꝫ cõnexio. Cõfirmat hanc sniam Alexãder. i. iij. sũme vbi ait. Sedere ad dexterã pr̃is importat distinctionẽ psonaꝝ ꝛ equalitatẽ pꝫsone ad psonã in gloria ꝛ honore. sed sic sꝫ hꝫ spũs sctũs ad pr̃em ergo ei cõuenit sedere ad dexterã pr̃is. Sed d̃ equalitate dupliciter loq possumus. s. ꝓprie vl̃ p appropriationẽ. ƀm ꝙ ꝓprie sumit̃ nõ dicit aliud equalitas in diui/nis nisi diuinã essentiã vel virtutẽ q̃ nõ ẽ maior in psonis in vna q̃ꝫ in alia sed vna eadem in qua coequant̃ psone. hoc mõ est vna equalitas in diuinis psonis sicut vna essentia. Alio mõ sumit̃ equalitas in diuinis ƀm appropriationẽ ꝛ sic appropriat̃ filio. Ad scõm obiectũ dicimus ꝙ visio stephani fuit codeꝫ mõ q̃ xp̃s auxiliũ sibi prestare iã erat paratus. Vñ Grego. in omelia inqt. Sedere iudicantis est. stare Xo pugnantis vel adiuuantis. Stephanus ğ in labore certaminis positus stantẽ vidit quẽ adiutorẽ habuit. Sed hunc post ascensionem Marc⁹ sedere describit. qꝛ post assũptiõis sue glĩã iudex in fine videbit̃. ¶ Secũdũ dubiuꝫ erat vtrũ sedere ad dexterã pr̃is cõueniat xp̃o ƀm ꝙ hõ. Et ad hoc dicũt sctũs Tho. ꝛ Alexãder ꝙ cũ noie dextre intelligant̃ tria supradicta. s. glĩa diuinitat̃ btitudo ꝛ iudiciaria ptãs hec prepositio ad quendã ad dexterã accessuꝫ significat. in quo designat̃ ꝯuenientia cũ q̃dã distinctõne. qd̃ põt esse triplicit̃. Primo vt sit cõuenientia in nã ꝛ distinctio in psona. Et sic xp̃s ƀꝫ ꝙ filius dei sedet ad dexterã pr̃is qꝛ hꝫ candẽ nãm cũ pr̃e. Vñ glĩa diuinitatis btitudo ꝛ iudiciaria ptãs cõueniũt essentialit̃ filio sic̃ ꝛ pr̃i ꝛ ƀ ẽ cẽ in eq̃litate pr̃is. Scd̃o põt intelligi ƀm graꝫ vnionis q̃ iportat ecõuerso distinctionẽ nature ꝛ vnitatẽ suppositi siue psone. Et ƀꝫ ƀ xp̃s ƀꝫ ꝙ hõ est filius dei. ꝛ p cõsequens sedet ad dexterã pr̃is ƀm equalitatẽ honoris inq̃ꝫtũ codẽ honore veneramur ipsũ filiũ dei cũ cadẽ natura assũpta. hũanitas qdeꝫ xp̃i ƀm ꝯditionẽ sue nature nõ hꝫ gloriam vl̃ honorẽ diuinitatis quã tñ hꝫ rõne psone cui vnitur. Vñ Damascenus ait. In gloria diuinitatis dei filius existens ante secula vt deus ꝛ pr̃i cõsubstãtialis sedet cũ glorificata ei carne eius. Adorat̃ eni vna yppostasis vna adora/tione eius cũ carne eius ab oi creatura. Tertõ põt intelligi ƀm ꝙ hõ ƀm cõditionẽ nature. ꝛ hoc ƀm grãm habitualẽ q̃ abundantior est in xp̃o pre oibus alijs creaturis. in tñ ꝙ ipsa natura hũana in xp̃o beatior est ꝛ sup oẽs alias creaturas hñs regulã ꝛ iudiciariã ptãteꝫ. ꝛ sic esse in equalitate pr̃is nõ ptinet ad ipsaꝫ nãm humanã xp̃i sꝫ solũ ad psonã assumentẽ. Nihilomin⁹ sic ƀm ꝙ hõ sedet ad dexterã patris i. ƀm Augustinũ in bonis paternis potiorib⁹ p̃ ceterĩ creaturis. qꝛ oẽs alias creaturas precellit i beatitudine ꝛ iudiciaria ptãte vt pdictũ ẽ ¶ Tertiũ dubiũ erat vtꝝ alijs a xp̃o ꝯueniat sedere ad dexterã pr̃is. Nã Aug⁹ dicit in li. d̃ simbolo. Sedere ad dexterã est habitare i ei⁹ btitudine. Sed oẽs electi sũt bti. ergo oẽs se/dent ad dexterã. Qd̃ cõfirmari potest p illud Matth. xxv. Statuet oues quidem a dextris. Cõtrariũ tñ videt̃ cẽ ex eo ꝙ Ap̃lus ad hebreos. i. ca. ait. Cui aliqñ angeloꝝ dixit. sede a dextris meis? quasi dicat nulli. Rñdet ergo scũs Tho. ꝙ xp̃s sedet ad dexterã pr̃is inq̃ꝫtũ ƀm diuinã naturã est in equalitate patris. Scõm humanã Xo est in excellenti possessione bonorũ diuinoꝝ pre ceteris creaturis. qd̃ nulli hoi vel angelo cõuenit. Sedere ergo in dextera ñ significat simpliciter esse in btitudine. sed habere beatitudinẽ cum quadã dominatiua po/testate ꝛ quasi ꝓpriã naturalẽ. qd̃ soli xp̃o cõuenit. Potest tñ dici ꝙ ois beatus ꝛ si non sedeat sit tñ ad dexterã dei cõstitutus. Conside/remus itaqꝫ ex his que dicta sunt q̃ꝫta est gloria filij virginis beate. quẽ adorant angeli. cui oẽs obediunt creature. in cuius noie flectitur oẽ genu. Vhe stultis gentibus ipsũ despicientibus. Vhe duris iudeis in eũ nõ credentib⁹ Vhe malis xp̃ianis illũ nõ sequentibus. Hic est ille iesus qui ꝓ nobis carnẽ assumens de⁹ ꝛ hõ trigintatribus annis cũ hoibus habita/uit. Hic est ille qui affixus pependit in ligno in medio latronũ spinis coronat⁹. hic qui ter/tia die surrexit a mortuis. Hic qui regnabit i eternum cuius regni non erit finis ƀm angeli sententiam Luce. i. ca. Hic est deniqꝫ de quo dum ascenderet ad celos angeli dixerunt tan/ta preconia. Nam post q̃ꝫ nube tectus videri desijt discipuli intuebantur in celum suspensis vultibus ꝛ erectis luminibus. Et ecce duo

viri.i.angeli in specie viroꝝ apparentes iuxta illos in propinquo.s.aere in vestibus albis in signū solēnitatis ⁊ leticie qui ⁊ dixerūt vt habetur Actuū.i.ca. Viri galilei cur statis aspiciētes in celū quasi admirantes ⁊ stupidi de hoc qd̾ vidistis.⁊ quasi tristes ⁊ desolati de hoc ꝙ magistri vestri presentiā corporalē ꝑdidistis. hic iesus qui assumptus est a vobis in celum ⁊ ascēdere potuit.q2 opus a patre sibi impositum cōsūmauerat.ne contristemini. q2 sic veniet queādmodū vidistis eū euntem in celum O felix regnu3 qd̾ non deficiet. O rex inclyte qui ⁊ seruos tecu3 regnare promittis. O gens sancta amicoꝝ tuoꝝ qui vocē tuā dulcissimā erunt audituri. Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi. Tu igitur rex glorie xp̄e. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad dexterā dei sedes in gloria p̄ris. Judex crederis esse venturus. Te ergo quesumus tuis famulis subueni q̊s preciosso sanguine redemisti.

¶ Q2 ascensio xp̄i congrue celebrata est respectu tp̄is persone ⁊ termini. ¶ Capitulum ij.

Secundū mysteriū cōtemplandū de ascēsione xp̄i dr̄ congruitas. Congrue nāq3 conuenientissimeq3 facta fuit ascensio illa. Et hoc triplici respectu.

Primo respectu temporis.
Secundo respectu persone.
Tertio respectu termini.

¶ Primo fuit congrue ascensio xp̄i celebrata respectu tp̄is. Quia die quadragesimo. post q̄3 vite auctor a mortuis surrexit ascendit ad celos. potuisset quidē antea ascendisse. Sed sic differre voluit vt veritatē resurrectionis probaret. difficilius eni erat ꝓbare veritatē resurrectionis q̄3 passionis. q2 a prima die vsq3 ad tertiā vere probari poterat mors. Sed ad veram resurrectionē ꝓbandā plures dies requirebantur. Et hoc est qd̾ dr̄ Actuū.i.ca. Prebuit seipsū viuū post passionē suā in multis argumentis ꝑ dies q̄draginta apparens ⁊ loquēs de regno dei. Hinc Leo papa in sermone de ascensione inq̄t. Quadragenarius hodie dierū cōpletus est numerus sacratissima ordinatione dispositus. ⁊ ad vtilitatē nr̄e eruditiōis impensus vt dū a dn̄o i hoc spacio mora presentie corporalis extenditur. fides resurrectiōis documentis necessarijs muniretur. Et iteru3 in eodem sermone ait. Non hi dies qui inter resurrectionē dn̄i ascensionēq3 fluxerūt ocioso transire discursu. sed magna in eis cōfirmata sunt sacramenta. magna sunt reuelata mysteria. In his metus dire mortis aufertur ⁊ nō solū aīe sed etiam carnis immortalitas declaratur. In his ꝑ insufflationē dn̄i infūditur apostolis sp̄us sctūs. ⁊ beato petro supra ceteros post regni claues ouilis dn̄ici cura mandatur In his duobus discipulis tertius in via dn̄s iungitur comes ⁊ ad omnē nostre ambiguitatis caliginē detergendā pauentiū vel trepidātiū tarditas increpatur. flāmā fidei illuminata corda concipiūt. ⁊ que erant tepida reserāte dn̄o scripturas efficiuntur ardētia. hec ille. ¶ Scd̾o fuit congrue ascensio xp̄i peracta respectu ꝑsone. vbi a doctoribus queritur. An fuit conueniens xp̄m ascendere. Et posset quis arguendo dicere ꝙ nō. Primo q2 Ph̄us dicit in.ij. de celo ⁊ mundo. Illa que optimo mō se hn̄t possident suū bonū sine motu. Sed xp̄s optimo mō se habuit ⁊ s̄m diuinā naturā q2 ē sūmū bonū ⁊ s̄m humanā q2 erat optime glorificatus. ergo nō cōueniebat illi aliquis mot⁹. Sed ascensio est quidā motus quare videtur ꝙ non debebat ascendere. Scd̾o oē quod mouetur mouetur propter aliquid melius. sed xp̄o nō fuit melius esse in celo q̄3 in terra nec q̄3tū ad aīam nec q̄3tum ad corpus. q2 vbiq3 eque beatus. ergo non debebat ascendere. Tertio si p⁹ resurrectionem suam fuiss3 cum hoībus conuersatus vel gloriosus regnasset in terris multo plures eū sequerentur q̄3 mō. ergo debuit nobiscū manere ⁊ nō ascendere in celū. Pro declaratione veritatis ⁊ horū solutione. R̄ndet sctūs Tho.iij.parte.q.lvij. Q2 locus d3 esse ꝓportionatus locato. Xp̄s āt per resurrectionē vitam immortalē ⁊ incorruptibilē inchoauit locus aūt in quo habitamus est locus generationis ⁊ corruptionis. sed locus celestis est locus incorruptiōis. Jō cōgruenter xp̄s ad locu3 illū se trāstulit. Ad primū ḡ dicit Tho. Q2 de⁹ est qui possidet suum bonū sine motu q2 oīno imutabilis est. Quelibet āt creatura ē aliquo mō mutabilis s̄m Augusti. viij. sup genesim ad lr̄am. Et q2 natura assūpta a filio dei remāsit creata. nō est incōueniens si ei aliq̄s motus attribuatur. Ad scd̾m r̄ndet sctūs Tho. Q2 xp̄o ascendenti nihil accreuit q̄3tū ad ea que sūt de essentia glorie. siue s̄m corp⁹ siue s̄m aīam. Tn̄ accreuit aliquid q̄3tū ad loci decentiā quod ē de bene esse glorie. non ꝙ corpori eius aliquid aut ꝑfectionis aut conseruationis acquireretur

ex corpe celesti. sed solūmō p quādā decentiā hoc āt aliquo mō ptinebat ad eius gl'iam. Et de hac decentia gaudiū qddā habuit. nō qdē ꝙ tunc de nouo gaudere inciperet qñ in celuz ascendit. sed qꝛ nouo mō gauisus est sicut de re impleta. Ad tertiū argumentū dr̄ ꝙ licet p̄sentia corporalis eius fuisset subtracta nō tñ diuinitatis. Adest insup semp nobiscū in sacramento altaris licet nō videat̄ oculis corpalibus. Ob qd̄ Matth. vltimo. dū ascendēdo discipulos reliquebat dixit. Ecce ego vobiscū sū oībus diebus vsqꝫ ad consūmationē seculi Fuit cū apl'is assistendo eis in operibus miraculosis. qꝛ vt dicit Marcus vltimo ca. Predicauerūt vbiqꝫ dn̄o cooperante ꝛ sermōe ꝯfirmante sequentibꝰ signis. Assistit nobiscū existendo vt dictū est in sacr̄o eucharistie vbi est xp̄s totus. Assistit ēt eccl'ie semp ipsā dirigēdo p occultos instructus spūs scti vt sic non deficiat fides petri. Propterea Augustinꝰ in sermōe de ascensione ita pulchre loquit̄. O ia charissimi que dn̄s iesus xp̄s in h̄ mūdo sub fragilitate nr̄a miracula edidit nobis ꝓficiūt Qui dū humanā cōditionē sideribus importauit. credentibus celū patere posse monstrauit. Et dū victorē mortis in celestia eleuauit: victorē eiusdē mortis q̊ sequeremur ostendit Ascensio ergo dn̄i catholice fidei cōfirmatio fuit vt securi imposterū crederemus miraculi ipsius donū. cuiꝰ in p̄nti pcepissemus effectū. ꝛ fidelis qsqꝫ cū iā tāta pcepit p ea q̄ agnoscit prestita discat spare ꝓmissa. ac dei sui p̄terita p̄ntiqꝫ bonitate q̄si futuroꝝ teneat cautionez hec Augꝰ. Tertio ascensio xp̄i fuit congrue celebrata respectu termini. qꝛ ascēdit sup oēm creaturā tā spūalē q̄ꝫ ēt corporalē. Ex q̊ Apl's ad ephesios. iiij. ca. ait. Qui descendit ipse est ꝛ q ascendit sup oēs celos vt impleret oīa ꝭm Nicholaū de lira sup hoc passu ñ est intelligēdū ꝙ ascenderit totaliter sup celū empirreuz vbi nullus est locus nec creatura aliq̄. Sed ꝙ ascenderit ad ptem digniorē celi empirrei. qd̄ est locus btōꝝ ꝛ celū supremū. locus āt ille debet̄ ēt substantijs spūalibus ꝭm quandā congruentiā qꝛ ille substātie sūt supreme in ordine substātiaꝝ. Et' tñ xp̄s ascēdit sup oēs substantias spūales ꝛ supra oēs ordines angeloꝝ nec est incōueniens corpus xp̄i p̄poni substātijs spūalibus. cū spūs simplicit̄ nobilior sit oī corpe Quia vt inqt sctūs Tho. Licet corpus istud ꝯsiderando ꝯditionē nature corporee sit infra substantias spūales. Cōsiderando tñ dignitatē vnionis qua est psonalit̄ deo ꝯiunctū excellit nobilitatē ꝛ preeminentiā oīm substātiarum spūalium ꝛ oīm angelorum.

¶ Qualiter xp̄s ascendit cum potestate ꝛ magnificentia videntibus patenter discipulis.

¶ Capitulum. iij.

Tertiū mysteriū cōtemplandū de ascensione xp̄i dr̄ qualitatis. In quo pscrutari debemus qualiter xp̄us ascendit. Ad qd̄ dicimus qꝛ ascendit tripliciter.

Primo potenter.

Secundo magnifice.

Tertio patenter.

¶ Primo ascēdit potent̄ vbi tres difficultates oriunt̄. Primo vtrū ascēdere ꝯueniat xp̄o ꝭm diuinā nām. Ad hoc ita rn̄det sctūs Tho. vbi. s. ꝙ li ꝭm duo pōt notare. s. ꝯditionē ascēdentis ꝛ cām ascensionis. Primo mō nō pōt ꝯuenire xp̄o ꝭm ꝯditionē diuine nature. tū qꝛ nihil est diuinitate altius q̊ possit ascēdere. tū qꝛ ascensio est motus localis q diuine nature nō cōpetit q̄ est imobilis ꝛ inlocalis. Sed per hūc modū cōpetit xp̄o ꝭm humanā nām q cōtinet̄ loco ꝛ motui subiacet. Itaqꝫ xp̄s ascēdit in celū ꝭm ꝙ hō nō ꝭm ꝙ deꝰ. Si vo li scd̄m dicat cām ascensionis cum xp̄s ex virtute diuina in celū ascenderit. dicimꝰ ꝙ ascendit ꝭm ꝙ deꝰ. Scd̄a facultas vtrū ascendit ꝓpria virtute. Ad illud Tho. dic̄. Qꝛ cū in xp̄o sit duplex natura diuina. s. ꝛ humana ꝭm vtrāqꝫ accipi pōt ꝓpria virtus. Xp̄us ergo ascendit ꝓpria virtute diuina. de virtute vo humana distinguit Tho. ꝙ hoc pōt dupliciter accipi. Vna qdem est virtus nālis que ꝓcedit ex principijs nature ꝛ hac xp̄s nō ascendit. Alia āt virtus est glorie ꝭm quā xp̄s in celū ascendit. Cuius quidē virtutis rōnez qdā accipiūt ex nā qnte essentie q̄ est lux vt dicūt quā ponūt eē de cōpositione corpis humani ꝛ p eā elemēta ꝯ̈ria cōciliari in vnū. Ita ꝙ in statu huius mortalitatis nā elemētaris in corpibꝰ hūanis dn̄at̄. Et iō ꝭm nām elementi predominātis corpꝰ hūanū nāli virtute deorsū fertur. In statu āt glorie predominabit̄ nā celestis ꝭꝫ cuius inclinationē ꝛ virtutē corpus xp̄i ꝛ alia sctōꝝ corpora ferunt̄ in celū. Alij vo assignant rōnem predicte virtutis ex parte aīe glorificate ex cuius redundantia glorificabit̄ corpus. vt dicit Augꝰ ad dioscorum. ꝛ. xxij. li. de ciui. dei. Erit enim tanta obedientia corpis gloriosi ad aīaz

beatam : vt vbi volet spiritus ibi erit ꝓtinus
corpus: licet ergo ascēdere sursum sit ꝯtra na/
turā humani corporis scđm statū presentis vi
te tñ nō erit ꝯ naturā corporis gloriosi cuiꝰ to
ta natura erit oio subiecta spiritui. Tertia dif
ficultas est An corpus xp̄i ⁊ qđcūqꝫ gloriosū
possit localiter moueri in instāti.cū in tali mo
tu opereť uirtus diuina.Ad h̄ rñdet Alexāder
⁊ Tho.ꝙ licet virtus diuina sit infinita q̄ꝫtū
est ex parte operantis.tamen effectus illiꝰ vir/
tutis recipitur in rebus ƒm capacitatem earū
⁊ dispositionē.Corpus aūt non est capax ut in
instāti localiter moueať quia oportet ꝙ cōmi/
sceať se spatio ƒm cuiꝰ diuisionē diuidiť tēpus
vt dř.vj.phisicorū Verūtñ licet corpus xp̄i nō
fuerit motū in instāti de terra ad celū nihilo/
minus motus ille fuit satis velox atqꝫ festinꝰ
dū eadē die de terra euolauit ad ēpirreū.qđ est
supra oēs celos.Refert enī Rabi moyses ma
ximus phus.ꝙ qlibet circulus cuiuslibet plane
te habet tātū spatiū q̄ꝫtū posset aliqs ire đ via
plana in quingentis annis.Et distantia inter
celū ⁊ celum.i.inter circulū ⁊ circulū est similiť
vt dicit via quingentoꝝ annorū.⁊ ideo cum
sint septē celi erit ƒm ipsū a cētro terre usqꝫ ad
cōcauū celi saturni qđ est septimum celum via
multoꝝ miliū annoꝝ.i.tātū spatiū q̄ꝫtū de uia
plana aliquis iret in multis milibꝰ annis si tā
tum viueret:ita tñ ꝙ iter vnius cuiuslibet dici
sint quadraginta miliaria.Qđ si uerum est no
uit deus.Clarū tñ eē pōt ꝙ satis longa distan/
tia ē a terra vsqꝫ ad celū empirreū quia corpo/
ra celestia sol ⁊ luna cū excedant in quātitate
oīa elemēta tñ ita ꝑua uidenť ❡ Secūdo ascen
dit xp̄s magnifice cū tripudio ⁊ leticia angelo
rū .Si eni beatissimi spūs illi alios sanctos ad
celū euntes cuꝫ exultatione recipiunt. q̄ꝫto ma
gis regi regū sese oēs obsequiosos reuerentis/
simos ac iocūdissimos exhibuerūt.Ex illis uti
qꝫ fuerūt duo illi de quibus diximus in primo
misterio:ꝙ astiterunt iuxta discipulos in vesti
bus albis.Sed hoc loco interponēdam duco
Gregorij sententiā qui in omelia īquit. Que
rendū est qdnā sit ꝙ nato dño angeli apparue
runt ⁊ tñ nō leguntur in vestibus albis appa/
ruisse.Ascendente aūt missi angeli in albis ve
stibus leguntť aparuisse:In albis vestibus gau
diū ⁊ solennitas mētis attendiť . quia magna
tunc solennitas angelis facta est cū celū deus
hō penetrauit.Quia nascente dño videbatur
diuinitas humiliata:ascendēte uero ē humani

tas exaltata.Albe eteni vestes exaltationi ma/
gis congruūt q̄ꝫ humiliationi. In ascensione
ergo eius angeli i albis vestibus videri debue/
rūt.qa q in humanitate sua apparuit deus hu
milis in ascēsione sua ostensus est deus subli/
mis.hec ille.Ad triūphum iam xp̄i redeamus
⁊ cogitemus q̄ꝫ stupendum q̄ꝫqꝫ mirabile fuit
spectaculum illud: qñ cū glorificata carne sua
regna celestia penetrauit:Superauerat hostes
terruerat demones: ⁊ p̄dam innumerabilium
sanctorū eduxerat de inferno: ꝓstrauerat mor
tē quā sua morte destruxit: ⁊ ad patris dextrā
sessurus ꝓficiscebať.Nō talis nec tantus fuit
illoꝝ triūphus quoꝝ historia romana memi/
perior erat angelis q̄ʒtũ ad dignitatẽ ad quã
diuinitus eligebat̃. Sed q̄ʒtum ad statuʒ pre-
sentis vite inferior erat angelis: q̄r etiam ipse
xp̄s rõne passibilis vite fuit paulominus ab
angelis minoratus vt dicit̃ ad Hebreos ca. ij
Sed q̄r xp̄s fuit viator ⁊ cõprehensor q̄ʒtum
ad cognitionẽ diuinoꝝ non indigebat ab an-
gelis instrui. Sed mater dei nondũ erat in sta
tu comprehensorũ. Et ideo de diuino conce-
ptu ꝑ angelos instruenda erat. Si v̾o vlteri⁹

contra hoc quiſpiā opponeret dicens ꝙ btā
virgo incarnatiōis fidē habebat ſine qua nul
lus eſſe poterat in ſtatu ſalutis ergo non ege/
bat ſuper hoc ab angelo inſtrui. Ad hoc rñde
ri pōt ꝙ licet beatiſſima virgo plenā fidē ha/
beret de xp̄o incarnando tñ qꝛ humilis erat ñ
alta de ſe ſentiebat neqꝫ cogitabat ſe tāti dñi
mr̄em futurā: ꝛ propterea erat ſup̄ hoc ab an/
gelo inſtruenda. Scd̄o fuit cōueniens ex par/
te angeli. ideo inquit Bedda in omelia. Aptū
humane reſtaurationis principiū vt angelus
ad virginē mitteret̄ partu conſiderandā diui
no: qꝛ prima p̄ditionis humane cā fuit cū ſer/
pens a diabolo mittebat̄ ad mulierē ſpū ſup̄/
bie decipiendā. Tertio fuit expediēs ex parte
virginis tū vt ex tali nuncio mens eius eleua
ret̄ in deū. qꝛ vt inquit Aug⁹ li. de virginitate
Beatioꝛ fuit maria concipiendo fidēꝫ xp̄i q̄ꝫ
concipiendo carnē xp̄i. Et poſtea ſubdit. Ma
terna ꝓpinquitas nihil marie ꝓfuiſſet niſi fe
licius xp̄m corde q̄ꝫ carne geſtaſſet. Tū vt eſſꝫ
certioꝛ teſtis huius ſacri qñ ſup̄ hoc diuinituſ
erat inſtructa. Tū ēt vt eius puritas oſtende/
ret̄. Vñ Hiero⁹ ad paulā ꝛ Euſtochiū bñ in/
qt. Angelus ad virginē mittit̄ qꝛ ſemp̄ eſt an/
gelis cognata virginitas. Tū vt volūtaria ſui
obſequij mūera deo offerret: ad qd̄ ſe ꝓmptā
obtulit dicēs. Ecce ancilla dñi. Erat eni qd̄dā
ſpūale matrimoniū inter deū ꝛ humanā nāꝫ.
Et iō p̄ annunciationēꝫ expetebat̄ conſenſus
virginis loco totius hūane nature. ¶ Tertio
cōſiderare debemus miſſionis angelice excel/
lentiā reſpectu virginis. Ipſa vtiqꝫ ſola facta
fuit digna portare in vtero regē celoꝝ ꝛ dñm
oim creaturarū. Ob qd̄ eccleſia ſctā ſibi dicit
Sctā ꝛ imaculata virginitas qb⁹ te laudib⁹
efferā neſcio: qꝛ quē celi cap̄e nō poterāt tuo
gremio ꝯtuliſti. At ꝛ i p̄ſona ei⁹ ita cunctos
fideles affat̄. Congratulamini mihi oēs q di/
ligitis me qꝛ cū eſſēꝫ paruula placui altiſſimo
ꝛ de meis viſceribus genui deū ꝛ hoīēꝫ. Hec
eſt iſta pulchra ꝛ decora nimis filia hier̄lm:
cui dixit deus illud Canticoꝝ. vi. ca. Pulchra
es amica mea ſuauis ꝛ decora. Hec eſt de qua
ibidē ſubſeqt̄. Vna ē colūba mea: p̄fecta mea
hec eſt quā viderūt filie ſyon ꝛ btiſſimā p̄di
cauerūt ꝛ regie laudauerūt eā. O felix puella
O celi regina merito qlibet hō vl̄ angel⁹ dice
re tibi pōt illud Prouerbioꝝ vltio ca. Multe
filie congregauerunt diuitias: tu ſup̄greſſa es
vniuerſas. Ad ipſam ſolā miſſus fuit de aula

ſūmi dei legatus ſingularis ꝛ inſignis vt ipſa
virgo cōtentaret̄ concip̄e xp̄m qui de ipſa car
nē ſuſcipere cupiebat. Erat inqt euangeliſta
deſponſata viro cui nomen erat ioſeph ꝛ no/
men virginis maria. delectabile eſt illud no/
men qd̄ interpretat̄ ſtella maris vel illuminātſ
ꝛ dña ſiue amarum mare qꝛ ipſa fuit ſtella in
ſanctificatione: illuminans in conuerſatione
amarū mare in filij ſui paſſione: ꝛ dña in aſſū
ptiōe. Sed in hoc loco circa eius deſponſatio
nem aliq̄ꝫdiu inſiſtere libet. Cur voluit xp̄us
matrem ſuā virginem deſponſari. Et ad hoc
aſſignant̄ plures rationes.
Primo ex parte xp̄i.
Scd̄o ex parte matris.
Tertio ex parte noſtra.
Rationabiliter virgo deſponſata fuit. primo
ex parte xp̄i. tū ne ab infidelibus tanq̄ꝫ illegit
time natus obijceretur. Vnde Ambroſius di
cit ſup̄ Lucam. Quid iudeis quid herodi poſ/
ſet aſcribi ſi natum viderent ex adulterio per
ſecuti. Tum vt conſueto modo eius genealo/
gia deſcriberet̄ p̄ virū. Ideo Ambroſius vbi
ſ̄. Qui i ſeculū venit ſeculi debuit more deſcri
bi. Tum vt partus eius ſm̄ Ignatiū diabolo
celaret̄. Et lꝫ diabolus virtute ſue nature po/
tuiſſet cognoſcere matrem dei non fuiſſe cor/
ruptaꝫ ſed virginē. prohibebatur tñ a deo co/
gnoſcere modū partus diuini. Nam vt docet
Aug⁹ in. iij. de trinita. Diabolus multa pōt
virtute ſue nature a quibus tamē prohibetur
virtute diuina. Si autem poſtmodū aliqua/
liter cognouit xp̄m eſſe filium dei non obſtat
qꝛ iam tempus erat vt xp̄s ſuam virtutē diui
nam oſtēderet. Sed in infantia oportebat im
pediri maliciam diaboli ne eum acrius perſe/
queret̄ qñ xp̄s nec pati diſpoſuerat nec ſuam
virtutem oſtendere: ſed in oībus alijs infanti
bus ſe ſimilem exhibebat. Similiter ꝛ ſecūdo
fuit rōnabile ex parte matris. tum qꝛ per hoc
redditur immunis a pena ne lapidaret̄ a iu/
deis tanq̄ꝫ adultera. tum vt ad puerum ieſuꝫ
nutriendū haberet ioſeph in auxiliuꝫ. Tertio
id rōnabile fuit ex parte nr̄a. Primo quidem
eo ꝙ teſtimonio ioſeph comprobatū eſt xp̄m
ex virgine natum. Vnde Ambroſius dicit ſu
per Lucā. Locupletioꝛ teſtis pudoris marituſ
adhibetur qui poſſit delere iniuriam ꝛ vendi/
care opprobriū ſi nō agnoſceret sacr̄m. Scd̄o
p̄ hoc deſignat̄ vniuerſa eccleſia que cū virgo
ſit deſponſata eſt vni viro xp̄o. vt inqt Aug⁹

li. de sctā virginitate. Et tertio qꝛ mr̄ dñi fuit
desponsata ⁊ virgo in ꝑsona ipsius ⁊ virgini
tas ⁊ matrimoniū honorat̄ ꝯ̄ hereticos alteri
hoꝝ detrahentes. Et vt ait Origenes super
Mattheū. Btā virgo sponsa fuit ioseph: nō
tñ in cōcupiscentiā iūcta. Et vt scribit̄ Mat-
thei. xiij. Erat ioseph faber lignarius. Ideo
Crisosto⁹ sup Mattheuȝ inqt. Fabro ligna-
rio maria despōsata erat. qm̄ xp̄s ecclesie spon
sus oēm salutē hoim opaturus erat ꝑ lignum
crucis: Putabat̄ inqt Mattheus fabri filius
qꝛ vt dicit Ambro⁹ sup Lucā. Maluit dñs d̄
suo ortu q̄ȝ de mr̄is pudore dubitari. sciebat̄
eni tenerā esse virginis verecundiā lubricaȝ
famā pudoris: nec putauit ortus sui fidē ma-
tris iniurijs astruendā. Dū igit̄ ita essȝ dispo
sita puella illa cūctis virtutibus redimita ꝙ
⁊ virgo erat ⁊ ioseph desponsata ⁊ tp̄s insta-
bat vt iā mere suos radios de⁹ effūderet sup
terraȝ Angelus gabriel vt puto cū oim ange
loꝝ noticia vocatus est. Cui deus pr̄: vade o
angele mi ad virginē in naçareth cōmorantē
cāqȝ meo noie salutando requires illā vt me
acceptare velit suū castissimū sponsū cui dile-
ctū filiū meū mihi coequalē ab eterno genitū
ita dare dispono vt ex ea natus ex tp̄e ꝓm car
nē meus tm̄ sit ⁊ ipsius filius. Ipse Xo filius
subsecut⁹ est. O angele gabriel conaberis vir-
ginē illā instruere ꝙ ipsā elegi mr̄em dulcissi
mā in cuius vtero noueȝ mensibus habitabo
⁊ tandē imaculata ⁊ incorrupta pariet deū ⁊
hoiem. Subdidit ⁊ spūs sctūs. Ego illā arma
riū gr̄e mee instituā ⁊ cōceptioni filij vt sctā
sit ⁊ mirabilis cooperabor. O quale tripudiū
illa hora fuit in angelicis choris. O quāta le-
ticie cantica dū tota celestis curia benedixit ⁊
gr̄as dedit imortali ⁊ benignissimo deo.

¶ Qualit̄ angel⁹ salutauit virginē: ⁊ q̄re vir-
go turbata fuit: ⁊ de gr̄a virgis copiosa atqȝ
de supuentōe spūs scti in ipsā. Capitulum. ij.

Secūdū mysteriū ꝯtēplandū circa annū
ciationē virginis dr̄ mutue collocutiōis
In quo tria consideremus.
Primo virgis salutationē q̄lit̄ fuit salutata.
Scdō virginis turbationē q̄lit̄ fuit turbata.
Tertio virgis declaratōeȝ q̄lit̄ fuit declarata.

¶ Primo cōsideremus virginis salutationē
q̄lit̄ fuit salutata. Ingressus inqt euangelista
angelus ad eā. vbi Bernardus sup Missus
est dicit. Quo ingressus i secreto cubiculo vbi
clauso sup se ostio orabat pr̄em in abscondito
ad eā dicit orantē: suspirantē: lachrymantem
Nā si ꝯceptio ꝑcursoris fuit denūciata pr̄i oc
cupato in sacro officio multo ꝓbabili⁹ ē ꝙ cō
ceptō saluatoris denūciata fuit virgini in de-
uotiōe feruētissima existēti. Erat āt vt cōiter
doctores tenēt tūc hora cōpletorij: ⁊ sacra illa
cōfabulatio ꝓtracta fuit vsqȝ ad noctis me-
diū. Dixit ergo blanda voce angelus virgini:
Aue gr̄a plena dñs tecū bn̄dicta tu in mulieri
bus. Vbi lȝ salutando eā amplissime magni-
ficauerit de eue cōmutatōe: qꝛ sic eua oē malū
occasionalit̄ induxit hūano generi: ita virgo
illo ablato ꝓtulit oē bonū dū dedit nobis deū
⁊ de singulari mō essendi cū ipsa deū atqȝ de
bn̄dictione in mulierib⁹: nihilomin⁹ illud ma
gnū est cū dixit eā gr̄a plenā. Sed h̄ insurgit
dubitatio quō virgo fuerit plena gr̄a cū h̄ sit
ꝓpriū xp̄i. de q̄ dr̄ Ioānis. i. Vidimus gl̄iam
eius gl̄iam q̄si vnigeniti a pr̄e, plenū gr̄e ⁊ ve
ritatis. Ad qδ rn̄det Tho. iij. pte. q. vij. Qꝛ ple
nitudo gr̄e pōt attendi duplicit̄. Vno mō ex
pte ipsius gr̄e. Alio mō ex pte hn̄tis gr̄aȝ. Ex
pte qdē ipsi⁹ gr̄e dr̄ esse plenitudo ex eo ꝙ ali-
qs ptingit ad sūmū gr̄e: ⁊ q̄ȝtum ad essentiā: ⁊
q̄ȝtū ad virtutē: qꝛ. s. hȝ gr̄am ⁊ in maxima ex-
cellentia q̄ pōt hr̄i ⁊ in maxima extensione ad
oēs gr̄e effectus ⁊ talis gr̄e plenitudo ē ꝓpria
xp̄i. Ex pte Xo subiecti dr̄ esse gr̄e plenitudo
qn̄ aliqs hȝ plene gr̄am ꝓm suā cōditionē siue
ꝓm intensionē ꝓut in eo est intensa gr̄a vsqȝ
ad terminū prefixū ei a deo ꝓm illud ad Ephe
sios. iiij. Vnicuiqȝ vr̄m data est gr̄a ꝓm men-
surā donationis xp̄i siue ēt ꝓm virtutē inq̄ȝtū
s. hȝ facultatē gr̄e ad oia que ptinent ad suuȝ
statū siue officiuȝ sicut Apl̄us dicebat. Mihi
autē oim sctōrum minimo data est gr̄a hec il-
luminare hoies ⁊c̄. Et talis gr̄e plenitudo nō
est propria xp̄o sed cōmunicat̄ alijs per xp̄m.
Igit̄ beata virgo dr̄ gr̄a plena nō ex pte ipsi⁹
gr̄e: qꝛ nō habuit gr̄am in sūma excellentia q̄
pōt haberi nec ad oēs effectus gr̄e. Sed dicit̄
plena gr̄a ꝑ cōparationē ad ipsā qꝛ. s. habebat
gr̄am sufficientē ad statū illū ad quē erat ele-
cta a deo. vt. s. esset mater dei. Et similiter ste-
phanus dr̄ plenus gr̄a qꝛ habebat gr̄am suffi
ciētē ad hoc vt esset idoneus minister ⁊ testis
dei ad qδ erat electus. Et eadē rōne dicenduȝ
est de alijs. Parū tñ plenitudinū. vna est ple-
nior alia ꝓm ꝙ aliquis diuinitus est preordina
tus ad altiorē vel inferiorē statū. Questione
autē. xxvij. tertie ptis ita habet̄. ꝙ q̄nto aliqd

magis appropinquat principio in quolibꝫ ge
nere tanto magis participat effectū illius ꝓn
cipij. Unde dicit Dionysius. iiij. ca. celestis ie
rarchie. Qꝛ angeli qui sunt deo ꝓpinquiores
magis participāt de bonitatibus diuinis ꝙ̄
hoīes. Xp̄s autē est principiū gratie ſm diui
nitatē quidē auctoritatiue ſm humanitatem
instrumentaliter. Beata autē virgo maria ꝓ
pinquissima fuit xp̄o ſm humanitatē: qꝛ ex ea
accepit humanā nām. Ideo pre ceteris maio
reꝫ debuit a xp̄o plenitudinē gratie obtinere
Sciendū tamē ꝙ in ipsa virgine fuit triplex
ꝑfectio gratie. Prima qdeꝫ quasi dispositiua
ꝑ quā reddebaꝷ idonea ad hoc ꝙ esset mater
xp̄i: ⁊ hec fuit ꝑfectio sanctificationis. Scd̄a
perfectio gr̄e fuit ex presentia filij dei in eius
vtero incarnati ⁊ hec fuit ꝑfectio conceptōis
Tertia autē est ꝑfectio finis quā habet in glo
ria. Qꝛ autē scd̄a ꝑfectio sit potior ꝙ̄ prima ⁊
tertia ꝙ̄ scd̄a patet quidē vno mō per libera-
tionē a malo. Nā primo in sua sanctificatiōe
fuit liberata a culpa originali. Scd̄o in conce
ptōne filij dei fuit totaliter mūdata a fomite
Tertio in sui glorificatione fuit liberata ab oī
miseria. Alio mō ꝑ ordinē ad bonū. nā primo
in sua sanctificatione adepta est gr̄am inclinā
tem eam ad bonū. In cōceptione aūt filij dei
confirmata est ei gr̄a confirmans eā in bono
In sui ꝟo glorificatione consūmata est eius
gr̄a ꝑficiēs eā in fruitione oīs boni. Sed ori
tur hic difficultas an bt̄ā virgo habuit aliq̄s
gr̄as gratis datas: puta sapientie ⁊ virtutū ⁊
miraculoꝝ ex eo ꝙ nō legitur docuisse qd̄ spe
ctat ad sapientiā: aut miracula fecisse. Ad qd̄
ita dicit sctūs Tho. Non est dubitandū quin
bt̄ā virgo acceperit excellenter donū sapiētie
⁊ gr̄am virtutū ⁊ etiā gr̄am ꝓphetie. non tn̄
accepit vt haberet oēs vsus harū ⁊ similium
gr̄arum sicut habuit xp̄s sed ſm ꝙ conuenie-
bat cōditiōi ipsius. habuit nāqꝫ vsū sapie in
contemplando ſm illud Luce. ij. ca. Maria āt
conseruabat oīa verba hec conferens in corde
suo. Nō aūt habuit vsū sapientie ꝙ̄tū ad do-
cendū eo ꝙ nō cōueniebat sexui muliebri. Nā
vt dicit Apl̄us. Mulieri docere in ecclesia nō
ꝑmitto. Miraculoꝝ ꝟo vsus sibi nō cōpete-
bat dum viueret qꝛ tunc tp̄is doctrina confir
manda erat miraculis xp̄i. Et ideo soli xp̄o ⁊
eius discipulis qui erant baiuli doctrine xp̄i
conueniebat miracula facere: propter quod ēt
de ioanne baptista diciꝷ Joannis. x. Qꝛ signū
nullū fecit vt. s. oēs in xp̄o intenderent. Usuꝫ
autē ꝓphetie habuit virgo vt patet in canti-
co qd̄ fecit. Magnificat aīa mea dn̄m. ¶ Se
cundo consideremus virginis turbationē de
qua scribit Lucas. que cū audisset turbata est
in sermone eius ⁊ cogitabat qualis esset ista
salutatio. vbi apparet laus virginis: In audi
tu: in affectu: ⁊ cogitatu. In auditu laudatur
modestia qꝛ audit ⁊ tacet. In affectu verecun
dia vnde turbata est. In cogitatu prudentia
qꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Turba
ta est autē de angeli sermone nō de eius visio
ne qm̄ angelos sepe viderat sed nūq̄ talia lo-
quentes audierat. ob nouitatē igiꝷ salutatio-
nis admirari compulsa fuit. Naꝫ vt Hiero⁹
ait. Iniungiꝷ noua legatio angelo ⁊ virgo no
uam professa virtutē noue salutationis hono
raꝷ obsequio. Franciscus de marrone ī suo. iij.
di. iiij. dicit. ꝙ virgo sanctissima ī hac sua tur
batione cogitabat mysteriū incarnatiōis ver
bi qd̄ sibi in salutatiōe extitit reuelatū. Et di-
cunt quidā ꝙ sibi etiā fuit cū hoc reuelatum
mysteriū passionis filij sui. Alij ꝟo tenent ⁊
melius ꝙ mysteriū incarnationis in ea cōplē-
dum fuit sibi reuelatū non tn̄ modus. s. ꝙ vir-
go pareret: ⁊ ideo timebat ne hoc esset vel fie
ret cū virginitatis diminutione: iccirco de h̄
timebat. Et forte plus appetebat eē virgo ꝙ̄
verbū concipere sine virginitate. virginitas
eni est de numero laudabiliū. verbū ꝟo conci
pere est de numero honorabiliū circa qd̄ non
est virtus sed premiuꝫ virtutis. Premiū ꝟo
honorabile sed virtus laudabilis: sed virtus ē
magis appetenda ꝙ̄ premiū virtutis: qꝛ hō
circa virtutē mereꝷ: nō aūt circa premiū: quia
nec est in sua ptāte. ¶ Tertio ꝯsideremus vir
ginis declaratiōeꝫ qualiter fui b angelo de-
clarata ⁊ confortata. ne timeas inquit maria
s. de salutatione insolita: cuius causa subdiꝷ.
Inuenisti eni gr̄am apud deū non solū pro te
sed pro toto genere humano. Ubi Bernard⁹
ait. Quam gr̄am? dei ⁊ hoīm pacem: mortis
destructionē ⁊ vite reparatōeꝫ. Subdidit an-
gelus. ecce concipies in vtero ⁊ paries filiuꝫ ⁊
vocabis nomen eius iesum: hic erit magnus.
Semper eni fuit magnus deus: sed futurus
erat magnus homo ⁊ magnus propheta. ſm
ꝙ dr̄ Luce. vij. ca. Propheta magn⁹ surrexit
in nobis ⁊ filius altissimi vocabiꝷ ⁊ ipsi⁹ dei
qui solus est altissimus. Nam vt exponit Ni
cholaus de lira sequendo Bernardū. Nō eni

altus est inter creaturas corporales: sed ange-
lus altior: deus solus altissimus. Ista aũt filia
tio dei accipit hic p nãm in oibus alijs quãtũ
cunqȝ sctũs est tm̃ filiatio dei p adoptionem.
Addidit angel⁹: dabit illi dñs de⁹ sedẽ dauid
pr̃is sui ꝛ regnabit in domo iacob in eternuȝ
qđ spũaliter intelligendũ est. Nam xp̃s nõ se-
dit sup thronũ dauid loquẽdo de tpali regno
imo istud negauit corã pilato dicẽs. Regnũ
meũ non est de hoc mundo: tñ in resurrectiõe
sua accepit potestatẽ etiã inq̃ȝtum hõ sup oẽȝ
creaturã: ſm q ipe dixit Matthei vltimo ca.
Data est mihi ois potestas in celo ꝛ in terra.
Inq̃ȝtum eni deus nõ accepit aliquã potesta
tem de nouo siue in tpe. Angelus ergo loquit
hic de regno spũali ꝛ celesti qđ figuratũ fuit p
regnũ dauid tpale sicut ꝛ celestis hierl'm per
tpalem: propterea dixit. Regnabit in domo
iacob in eternũ. i. sup electos. Dicit h Nicho-
laus de lira q de domo abraham ꝛ Isaac ali
qui fuerũt reprobati sicut Ismael ꝛ Esau. Sȝ
in domo iacob oẽs eius filij a sctis doctorib⁹
inter electos sũt cõputati q2 ꝛ si aliqui pecca
uerunt tñ egere penitentiã: conclusit angelus
de xp̃o. Et regni eius nõ erit finis. Nã ſm q
dicit Nicholaus de lira. Xp̃us nõ solũ inq̃ȝtũ
deus sed etiã inq̃ȝtũ hõ regnabit i eternũ sup
hoies ꝛ angelos. Dixit aũt maria ad angeluȝ
Quõ fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco. lȝ enim
crederet firmiter verbũ angeli implenduȝ de
conceptione xp̃i q2 tñ angelus ad plenũ nõ ex
presserat modũ concipiendi. Iõ de hoc q̃siuit
allegando virginitatis amorẽ: ſm eni q dicũt
doctores in. iiij. di. xxx. Btã virgo añq̃ despõ
saret iosephi habuit obseruãtiã castitatis vir
ginalis in proposito ex instinctu spũs scti nõ
tñ vouerat expresse. Sed cum postea deo ordi
nante esset ei desponsata qui erat in simili p-
posito simul emiserũt votũ. Rñdens ergo an-
gelus declarauit moduȝ concipiendi dicens.
Spũs sctũs supueniet in te. qđ multipliciter
exponit Tho. in. iij. di. iij. Primo supueniet
in te. i. sup possibilitatẽ ꝛ cursũ nature dando
fecunditatẽ ꝛ seruando virginitatẽ. Scđo su
perueniet in te. i. supra id qđ habes de plenitu
dine eius: q2 sicut olim impleuit mentẽ nunc
implebit ventrẽ. Tertio superueniet in te. i. su
per de celis veniet: q2 oẽ datũ optimũ desursũ
est. Quarto supueniet i te. i. supra merita tua
ꝛ supra merita oim creaturarũ. Quinto sup-
ueniet in te. i. supra oẽs qui ante te fuerũt. Et
virtus altissimi. s. dei filius qui est pr̃is sapiẽ
tia ꝛ virtus vt dr̃. i. ad Corinthios. i. ca. Ob-
umbrabit tibi. i. sub vmbra carnis latebit: q2
sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Iõ-
qȝ ꝛ qđ nascet ex te sctm̃: Sanctũ dicit absolu
te absqȝ determinatione: q2 si dixisset sanctus
deus vel sanctus homo vel aliquid consimile
nõ expressisset sanctitatẽ eius complete. q2 in
eo est sãctitas diuina ꝛ humana ꝛ quicqd san
ctitatis potest excogitari in quacũqȝ creatura
eminẽtius est in xp̃o. Ideo dicit sanctũ absqȝ
determinatione. Sicut etiã deus dixit moysi
Exodi. iij. ca. Ego suȝ q sũ: sic dices filijs israel
Qui est misit me ad vos vt per hoc ostendere
tur q plenitudo essendi imo infinitas est pro
pria ipsius dei. Et postea conclusit angelus.
Vocabit fili⁹ dei: nõ adoptiuus sicut alij sed
naturalis. Et ad maioreȝ assertionẽ declarat
angelus dictũ suũ p exemplũ inquiẽs. Et ecce
elisabeth cognata tua ꝛ ipsa concepit filiũ in
senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi que
vocatur sterilis: q2 non erit impossibile apud
deũ oẽ verbũ. i. factũ: dicere eni dei est facere
ſm illud ps. Dixit ꝛ facta sunt. Et lȝ maius sit
virginẽ parere q̃ȝ vetulã sterilem: Tñ vt Am
brosius dicit in exameron. Ob hoc multe ste-
riles pepererũt vt partus credat virginis. Et
ideo conceptus elisabeth sterilis inducit non
quasi sufficiẽs argumentũ: sed quasi figurale
quoddã exemplũ. Et iõ ad confirmationẽ h⁹
exempli sumit argumentũ efficax ex oi poten
tia diuina. Tempus iaȝ adest o illibata virgo
vt aperias sponso celesti pulsanti vt dei filiũ
in tuo vtero leta suscipias vt matrimoniũ di-
uine ꝛ humane nature tuo sacro consensu p-
ficias. Ecce in celestibus spiritibus tã auidis-
sima est expectatio. In patribus in limbo ma
nentibus tot clamores ꝛ gemitus. In hoibus
viatoribus de deo recte sentientibus tot pro-
fũda suspiria vna vox oim: vnus clamor: vna
precatio. Angelus gabriel noie oim te precat
tibi supplicat vt per eũ iam dicta ꝛ indubitã
ter pmissa acceptare benigne digneris.

¶ Conceptio xp̃i fuit miraculosa rõne virgis
ꝛ tpis atqȝ inauditi muneris. Capitulum. iij.

TErtiũ mysteriũ cõtemplandũ circa vir-
ginis annũciationẽ dr̃ mirabilis conce-
ptionis. Currite gentes vndiqȝ ꝛ inspicite cor
dis oculis mariã virginẽ post tanta sibi diui-
nitus reuelata cũ incredibili humilitate non
sine lachrymis genuflexam ꝛ manibus prius

expāsis facieq̃ ad celū erecta paulatim caput inclinādo brachiaq̃ remittendo dicere. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. Sup̱ quo verbo Bernardus ait. Que est tam sublimis humilitas que cedere nescit honoribus: insolescere nescit gloria Mater dei eligit ⁊ ancillam se noiat. His verbis expletis adueniēte spū sctō mox verbū in vtero: mox intra vterū verbū caro concepitq̃ virgo filiū. Fuit autē illa conceptio miraculosa triplici rōne.

Primo rōne temporis.
Scdo rōne virginis.
Tertio rōne muneris.

¶ Primo fuit illa conceptio miraculosa rōe temporis q̄ facta fuit in instanti: nr̄a vo successiue ſ3 Damascenū. Nā vt inqt Tho. in. iij di. iij. Et. iij. parte. q. xxxiij. Conceptio xp̄i facta fuit virtute diuina que cū sit infinita effectū suū subito ⁊ in instanti ꝓducere pōt. Vn̄ in illa cōceptiōe quattuor simul ⁊ semel facta fuerūt virtute dei. Primū fuit conuersio sanguinis purissimi btē virginis in carnē ⁊ alias partes corporis xp̄i. Scdm fuit formatio mēbroꝝ organicoꝝ. Tertiū animatio corporis organiçati. Quartū assūptio corpis ⁊ aie a diuinitate: ita vt in eodē instanti inuentus sit xp̄s in ventre virgineo verus homo ⁊ verus de⁹.

¶ Scdo fuit illa conceptio miraculosa rōne virginis. Magnū quippe est ⁊ supnaturale vt virgo cōcipiat: Sed vt ait Tho. vbi. s̄. Miraculū ꝯtingit esse duobus modis. Vno mō qn̄ neq̃ agens est nāle neq̃ mā est nāliter ꝓportionata ad talē formā vt formatio hois d̄ limo terre que est miraculosa tā ex p̱te agent̄ q̄3 patiētis. Alio mō ꝯtingit miraculū qn̄ mā est nālis: agens vo supnāle: sicut dū aliquis a febre sanat̄. Quia ergo mā quā virgo administrauit ad formationē corpis xp̄i fuit nālis ex q̄ nāliter formari pōt corpus hois ⁊ ꝓpter hanc mām nālem xp̄s dr̄ nālis filius virginis Sed virtus formans fuit diuina. Et q̄ vnūquodq̃ magis iudicat̄ ſm formā q̄3 mām: ⁊ ſm agēs mag̃ q̄3 ſm patiēs. Inde ē ꝙ cōceptio corpis xp̄i debet dici simpliciter miraculosa ⁊ supernālis: ſm qd vo ex parte materie pōt dici nālis. ¶ Tertio conceptio xp̄i pōt dici miraculosa rōne muneris. Concessū quidē fuit virgini in tali conceptu munus inauditū vt. s. pl⁹ posset ipsa facere de deo q̄3 de⁹ de seipso Quedam enim contraria ⁊ ꝯtradictoria inter deū ⁊ virginem videbantur que dum accessit de⁹ ad virginē concordata sunt. Puta impossibile erat deū non generare: impossibile erat virginē generare. Impossibile erat deū generare nisi deū. Impossibile erat virginem generare deū: Impossibile erat deum cum alia persona generare: Impossibile erat virginem sine alia persona generare. Accessit deus ad virginem ⁊ necesse fuit virginē generare ⁊ non aliu3 q̄3 deū ⁊ n̄ de alio q̄3 d̄ se. S3 de⁹ nō potuit generare nisi deū de se. Et tn̄ virgo deū fecit hoiē3 Deus nō potuit generare nisi infinitū: imortalē: eternū: insensibilē: iuisibilē: impalpabilē sub forma dei. Sed virgo fecit eū finitū mortalē: mendicū temporalē: palpabilē: sensibile3 visibilē sub forma serui suppositū sub nā creata. Mirū certe vna puella nescio quibus blādicijs maiestatē diuinā inclinauit: vestiuitq̃ sūmū amabile opprobrijs: angustijs: penalitatibus ⁊ ignominijs: qd̄ totū ꝓ salute humani generis ꝓcreatū est. O igit̄ res stupenda ⁊ oī plena pietate Ecce ꝙ pro reconciliatione humana paceq̃ cōponēda inter oīpotentissimū deū offensū ⁊ reū hoiem inscrutabilis altitudo diuini consilij matrimoniū contrahendu3 inter dei filiū ⁊ humanā creaturā mira dispēsatione stabiliuit. Et qm̄ consensus efficit matrimoniū missus est a patre misericordiarum ⁊ luminū angelus gabriel ad mundissimā virginē que donis sublimata diuinis incōpabilis erat vniuersis q̄ tam pie tāq̃ salutari diuine dispositiōi in totius nāe humane persona preberet consensū. O admiranda legatio ⁊ ex oī parte veneratione dignissima que nec primā similem visa est: nec hr̄e sequentē. Quid eni maius? Quid sublimius? Quid deniq̃ salubrius humano generi de celo offerri potuit plane nihil. Qd̄ eni nā nō habuit vsus nesciuit: ignorāuit rō: mens non capit humana: pauet celu3: stupet terra: ⁊ oīs creatura mirat̄. H̄ totū per gabrielē marie nūciat̄ ⁊ p̱ xp̄m adimplet̄. Nā i virginis vtero verbū caro factū ē: Quisqs igit̄ es q̄ xp̄iano noie gloriaris mysteria huiuscemodi iusto p̱pēde iudicio. Tibi eni quōdā abiecto: Tibi excluso a paradisi sedib⁹ Tibi p̱ exilia longinqua morienti: Tibi in puluerem ⁊ cinere3 resoluto dū tn̄ nulla esset spes viuendi per incarnationē filij dei ⁊ virginis potestas data est vt a longinquo ad tuū reuertaris actorē: recognoscas parentē: liber efficiaris ex seruo: de extraneo ꝓueharis in filiū vt q̄ ex corruptibili carne nat⁹ es ex dei spiritu re-

nascaris ⁊ obtineas ꝑ grãm qđ nõ habes per nãm. Demus ergo deo clementissimo gr̃as ⁊ virginẽ mr̃em pijssimo colamus affectu vt sic ꝑuenire possim⁹ ad pr̃iaꝫ celestẽ in q̃ viuit ⁊ regnat deus ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigesimusseptimus de priuilegijs maternitatis virginis marie ꝑꝑ q̃ ipsa mr̃ ꝓstantissima ⁊ singularis merito nũcupat̃.

Vnde hoc mihi ut ueniat mr̃ dñi mei ad me: Elisabet sãctissime verba sunt ista originalit̃ Luce. i. ca. ⁊ in euangelio hodierne festiuitatis. Dieĩ festũ visitatiõis gloriose virginis marie debite celebrare volentes ꝑscrutari diligent̃ debem⁹ quã excelsa supremaqꝫ sit laus eius ex eo ꝙ facta fuit tanti filij dignissima mr̃. Nã elisabeth vetula nõ a semetipsa sꝫ spũs scti radio illustrata hoc nõ sine admiratione grandi ꝓclamauit. Statim nãqꝫ postq̃ꝫ virgo filiũ dei đ spũ scõ ꝯcepit exurgẽs abijt in montana. s. hierl̃m q̃ erat altior galilea cuꝫ festinatõe ꝑꝑ honestatẽ ne diutius videret̃ in publico ⁊ intrauit in domũ Zacharie ⁊ salutauit elisabeth. Ad quã salutationẽ exultauit infãs ioãnes sex mẽses hñs in vtero mr̃is. Hec ṽo exultatio vt inqt Aug⁹ ad Dardanũ potuit esse significatio rei tante. s. ꝙ mulier esset mr̃ dei a maioribus cognoscende nõ a ꝑuulo cognite. vñ in euangelio nõ dr̃ credidit infãs in vtero eius sed exultauit. Vidim⁹ ãt exultationẽ nõ solũ paruuloꝝ sed pecoꝝ eẽ. Sꝫ hec inusitata existit q2 in vtero: Et ideo sic solent miracula fieri facta est diuinit⁹ in infante nõ humanit⁹ ab infante. Q̃q̃ꝫ ẽt potuerit in illo puero acceleratus esse vsus rõnis ⁊ voluntat̃ vt intra viscera materna iã posset agnoscere: credere ⁊ cõsentire ad qđ in alijs ꝑuulis etas expectat̃: hec Aug⁹. Qui neutrũ determinate asserit sed siue exultatio illa fuerit absqꝫ hoc ꝙ ioannes cognouerit diuinã ꝑñtiam siue ꝙ illam cognouerit totũ tñ ascribit diuio miraculo. Repleta igit̃ fuit elisabeth spũ sctõ ⁊ exclamauit voce magna bñdixitqꝫ virginẽ ⁊ fructũ ventris ei⁹. Indeqꝫ ṽba ꝓtulit in themate posita in quib⁹ se hũiliando lꝫ esset virgine antiquior tñ q2 mr̃ erat virgo xp̃i: indignã se tã vrbana salutatõne fatet̃. Propterea itaqꝫ q2 ⁊ nos indeficient̃ visitamur a virgine q̃ blãda est dulcis ⁊ liberalissima cũctis mortalib⁹ mr̃ atqꝫ gr̃e ac misericordie nũcupat̃. Ideo in ꝑñti sermone đ maternitatis eius priuilegijs prestantissimis filio suo interueniente tr[illegible]ctabimus. distinguemus autẽ tria priuilegia.

Primũ dr̃ totalitatis.
Scđm veritatis.
Tertiũ dignitatis.

¶ Q2 xp̃s traxit totã corpulentã substantiã a virgine matre opere spũs scti. Et quare xp̃us non dr̃ filius spũs scti. ¶ Capitulum. i.

PRimũ priuilegiũ maternitatis virginis gloriose dr̃ totalitatis. Alij nãqꝫ filij corpulentã substantiã accipiũt partim a pr̃e partim a mr̃e. Filius ãt virginis ab ipsa sola. Et q2 hoc totũ virtuti spũs scti deputat̃. ideo in hac parte tria sunt dubia aperienda.

Primũ vtrũ efficere conceptionẽ xp̃i debeat attribui spũi sctõ.
Scđm vtꝝ xp̃s possit dici ꝯceptus de spũ scõ
Tertiũ vtꝝ xp̃s possit appellari fili⁹ spũs sci.

¶ Ad primũ dubiũ rñdet Tho. iij. ꝑte. q. xxxij ꝙ conceptionẽ xp̃i tota trinitas est ꝑata q2 vt refert Aug⁹ in. i. de trini. Indiuisa sũt opa trinitatis sicut ⁊ indiuisa est essentia trinitat̃ efficere ṽo cõceptionẽ xp̃i est qđdã opus diuinũ: iđ cõe est toti trinitati. Attribuit̃ tñ spiritui sctõ triplici rõne.

Primo ꝓpter cãm incarnationis ex ꝑte dei.
Scđo ꝓpter cãm incarnatõnis ex ꝑte nature assumpte.
Tertio propter terminũ incarnationis.

¶ Primo ꝓpter cãm incarnatiõis ex ꝑte dei Spũs eni sctũs est amor pr̃is ⁊ filij: hoc ãt ex maximo dei amore ꝓuenit vt filius dei carnẽ sibi assumeret in vtero virginali. Scđo attribuit̃ cõceptio xp̃i spiritui sctõ ꝓpter cãm incarnationis ex parte nature assũpte q2 ꝑ hoc dat̃ itelligi ꝙ hũana nã assũpta est a filio dei i vnitatẽ persone nõ ex aliquibus meritis sed ex sola gr̃a que spiritui sctõ attribuit̃. Vnde Aug⁹ dicit in Enchiridion. Iste modus quo est natus xp̃s de spiritu sancto insinuat nobis gr̃am dei qua homo nullis precedẽtibus meritis ex ipso primo exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularet̃ in tantã vnitatem persone vt idẽ ipse esset filius dei. Tertio attribuitur conceptio xp̃i spiritui sancto: q2 hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc eni terminata est incarnatio vt homo ille qui cõcipiebat̃ esset sctũs ⁊ filius dei: vtrũqꝫ ãt hoꝝ attribuit̃ spiritui sctõ. Nam ꝑ ipsũ efficiunt̃ hoies filij dei. Ipse ẽt est spũs sanctificatiõis

Sic ꝰ alij ꝑ spm̄ sctm̄ sctificanť spūaliter vt sint filij dei adoptiui:ita xp̄s ꝑ spm̄ sctm̄ est i sanctitate conceptus vt esset filius dei nālis. ¶ Scōm dubiū erat vtrū xp̄s possit dici cōceptus de spū sctō. Et ꝙ sic pꝫ:qꝛ sic cantamus i vtroqꝫ simbolo. In simbolo aplor̄. Qui conceptꝰ est de spū sctō. Et in simbolo patrū. Incarnatus est de spū sctō. Et Matth.i. Inuenta est in vtero hn̄s de spū sctō. Ad qđ clare intelligendū dicit Tho. ꝙ ꝯceptio nō attribuiť soli corpori xp̄i sed ēt ipsi xp̄o rōne ipsius corporis. In spū āt sctō duplex habitudo cōsiderať respectu xp̄i. Nā ad ipsū filiū dei q dr̄ esse conceptus hꝫ habitudinē cōsubstantialitatis Ad corpus āt eius hꝫ habitudinē cause efficiētis. hec āt ꝑpositio de:vtrāqꝫ habitudinē designat. dicimꝰ ꝰ xp̄m ꝯceptū de spū scō hoc mō ꝙ efficacia spūs sci referať ad corpus assūptū ꝯsubstātialitas ad ꝑsonā assumentē. Et qꝫqꝫ dicamus xp̄m de spū sctō cōceptū nō tn̄ dicimus ꝓprie corpꝰ xp̄i de spū sctō ꝯceptū qꝛ nō est cōsubstantiale spūi sctō: sed magis dicimꝰ corpus xp̄i ex spū sctō. Vn̄ Ambrosius ait in li. de spū sctō. Qđ ex aliquo est:aut ex substantia:aut ex ptāte eius est. Ex substantia sic filiꝰ q a pr̄e ē. Ex ptāte sic ex deo oia quō ⁊ i vtero habuit maria ex spū sctō. Notandū adhuc ꝰꝫ Augusti. i Encheridion. ꝙ n̄ eodē mō dr̄ xp̄s cōceptus de spū sctō ⁊ maria virgine:nam de maria virgine māliter de spū sctō effectiue. Ex quo apparet ꝙ ꝯceptio xp̄i habuit tria priuilegia. Primum ꝙ esset sine pctō originali. Scōm ꝙ eēt nō puri hois:sed hois ⁊ dei. Tertiū ꝙ eēt virginis. ⁊ hec tria habuit a spū sctō Et iō dic̄ Damascenꝰ qꝫtū ad primū. ꝙ spūs sctūs supuenit in virgine purgans ipsā. i. preseruans ne cū pctō originali cōcipet. Quantū ad scōm dicit ⁊ virtutē susceptiuā verbi dei tribuēs. i. vt ꝯciperet verbū dei. Quantū aūt ad tertiū subdit sil' āt ⁊ generatiuāꝫ vt. s. manens virgo posset generare. ¶ Tertiū dubiū erat vtrū xp̄s possit appellari filius spūs scti. Ad qđ rn̄det Augꝰ in Encheridion dicēs. natus est xp̄s de spū sctō nō sic filius ⁊ de maria virgine sicut filius. Et si diceref ꝙ btā virgo dr̄ mr̄ xp̄i pp māꝫ quā in cōceptōe eius ministrauit ergo videť ꝙ etiā spūs scūs possit dici pr̄ eius ꝓpter hoc ꝙ fuit principiū actiuū in conceptione ipsius. Et vt dicit Aristo. in li. de generatione aialium. Pater dat principium actiuū in generatione: mr̄ vo ministrat māꝫ

Ad hoc rn̄det Tho. vbi. s. ꝙ xp̄s cōceptus est de maria virgine materiā ministrante in silitudinē speciei:⁊ ideo dr̄ filius eius. Xp̄s āt ꝰꝫ ꝙ hō cōceptus est de spū sctō sic de actiuo ꝑncipio non tn̄ ꝰm silitudinē speciei sicut homo nasciť de patre suo. Dn̄s vo Bonauen. in. iij di. iiij. dicit. Q istа locutio xp̄s est filius spūs sancti nullo mō est admittenda. tum ꝓpter vitandū errorē circa generationē eternā qua ꝓprium est pr̄is ⁊ nō spūs sancti generare:tum ꝓpter seruandā ꝓprietatē circa generationē templalem que est vt filius assimiletur patri ⁊ matri ꝰm silitudinē speciei:sicqꝫ cū pr̄e ⁊ matre eiusdē nāe. Xp̄s vo ꝰm ꝙ hō nō est eiusdem nature cū spū sctō neqꝫ illi assimilať specifice:ideo nec eius filius poterit esse. Igiť virtus spūs sancti fuit in virgine que in ꝯceptione filij sui oēs naturas ⁊ partes mūdi vltima ꝑfectione cōpleuit. Et quidem deus in mūdi creatione nihil impfectū ꝓduxit:sed oia erāt ꝑfecta sicut ipsor̄ nā exigebat. Tn̄ consūmatio ꝑfectionis vltime vsqꝫ ad partū virginis dclata est ⁊ soli virgini reseruata. Entia enim appetebant nobilissimū ens. Spūalia nobilissimū spm̄:rationalia nobilissimū rationale:cōceptiones optimū cōceptū. Natiuitates optimū nascibile. Et breuiter oēs creature appetebant optimū. His āt oibus existentibus imperfectis: sic prouisū est mūdo de femina sup oibus benedicta que vnico suo partu oibus rerū generibus sūmā ⁊ vltimā ꝑfectionē adduxit. Et aduertas ꝙ hec puella tantā ꝑfectōnem attulit vniuerso ꝙ nō est ꝑfectionis vlterioris capax. Nec deus pōt vlteriori ꝑfectiōe ipsū mundū ꝑficere. Et si ipse pater ⁊ spiritꝰ sctūs de femina nascerenť nihil orbi accresceret ꝑfectionis:qꝛ quicqd nobilitatis quicquid deitatis ⁊ quicqd eternitatis est totū in orbe diffusū est ⁊ ꝓductū per virginē in illo eterno supposito qđ vgo maria generauit. Nec magnū est virgini ꝙ ꝑfectionibus orbis vltimā ꝑfectionē induxit. Cū ⁊ ipsi vniuersitati actori nōnullas ꝑfectiones adiunxerit:puta eterno principio inceptionis principiū. Eternitati diuine tꝑale piodū. Infinitati imense quātitatē corporeā. Speciei eterne pulchritudinē nouā. Sibi igiť soli competit vt virgo concceperit xp̄m sitqꝫ illius admirabilis mater.

¶ Q beata virgo fuit vera mr̄ xp̄i:⁊ q̄re xp̄s nasci voluit de femina. ¶ Capitulū. ij.

SEcundū priuilegiū maternitatis virgis

beatissime dr̄ veritatis. Pro cuius intelligentia clariori tria erūt hic dubia elucidanda.
Primū vtrū xp̄s debuit de virgine nasci.
Scd̄m vtrū btā virgo aliquid actiue egerit i conceptione corporis xp̄i.
Tertiū vtrū sctissima virgo fuit vera mr̄ xp̄i.
¶ Ad primū dubiū dicit Tho.iij.pte.q.xxxi. q̄ licet filius dei carnē hūanā assumere potuerit de quacūq3 mā voluisset cōueniēs tñ fuit vt illā assumeret de muliere triplici rōne.
Primo ,ppter muliebrē sexū confortandū.
Scd̄o ,ppter veritatem astruendam.
Tertio pp vniuersitatē gnationū adimplēdā
¶ Primo fuit cōueniēs ,ppter muliebrē sexū cōfortandū vt cōfortarent̄ mulieres sperarēt q3 τ ipse p xp̄m debere saluari nō obstante q̄ p euā tanta oib⁹ mala ,puenerāt. Hinc Aug⁹ in li. octuaginta triū questionū ait. Hois liberatio in vtroq3 sexu debuit apparere. Nā q2 sexus masculinus est nobilior: ideo xp̄s humanā nām in masculino sexu assūpsit. Quia vo sexus femineus liberandus erat. Hinc apparet q̄ vir ille de femina natus est. Et idē in li. de agone xp̄iano inqt. Nolite vosipsos contēnere viri filius dei virū suscepit. Nolite vosipsas cōtēnere femine filius dei de femina natus est. ¶ Scd̄o fuit cōueniens ,ppter veritatē astruendā vt sic veritas incarnationis nota fieret. Et de hoc sic loquit̄ Aug⁹ in ep̄la ad Volusianū. Si oipotens deus hoiem vtrūq3 formatū nō ex materno vtero crearet sed repētinū inferret aspectibus nōne opinionē cōfirmaret erroris vt hoie3 verū nullo mō suscepisse crederet̄ τ dū oia mirabiliter facit auferret qd̄ misericorditer fecit. Nūc vo ita inter deū τ hoiem mediator apparuit vt in vnitate psone copulans vtranq3 nām τ solita sublimaret insolitis τ insolita solitis temperaret. ¶ Tertio fuit cōueniens vt xp̄s de femina nasceret̄ ,ppter vniuersitatē generationū adimplēdā. Nā primus hō ,pduct⁹ est de limo terre sine viro τ femina: Eua ex viro, sine femina: Ceteri hoies a viro τ femia generant̄. Vñ τ quartus quasi xp̄o vltimus relinquebat̄ vt ,pduceret̄ ex femina sine viro. ¶ Scd̄m dubiū elucidandū erat vtrū btā virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis xp̄i. Ad qd̄ rñdet sanctus Tho. q̄ licet qdā velint dicere virginē aliqd actiue esse operatam in conceptiōe xp̄i. Tñ melius τ verius videt̄ sibi tenere q̄ in ipa cōceptione xp̄i nihil actiue opata est: sed solū mām ministrauit: operata tñ est ante ꝯceptionē aliqd actiue p̄parando mā3 vt esset apta conceptui. Nō vo quare in cōceptione nihil est actiue opata sumi pōt ex dictis Augustini in. x. sup Genesim ad lr̄am. Principiū nāq3 actiue in generatione dr̄ rō seminalis. Corp⁹ aūt xp̄i in sola mā corporali p diuinā potētiā conceptionis formationisq3 rōnem de virgine assumptū est: nō āt ꝯm aliquā rōnem seminalē humanā. Insup cū quelib3 res sit ,ppter suā opatiōnē vt dicit Aristo. ij. de celo τ mūdo. Natura nō distingueret ad opus generationis sexū maris τ femine: nisi esset distincta operatio maris ab opatione femine. In generatione aūt distinguit̄ operatio agentis τ patientis. Vñ relinquit̄ q̄ tota virtus actiua sit ex pte maris: passiua vo ex parte femine: pp qd̄ in plantis in quibus vtraq3 vis cōmiscet̄ nō est distinctio maris τ femine. Quia ergo virgo nō hoc accepit: vt esset pr̄ xp̄i. sed mr̄ cōsequens est q̄ non accepit potentiā actiuā in ꝯceptōe xp̄i siue aliqd actiue egerit. ¶ Tertiū dubiū erat vtrum btā virgo fuit vera mr̄ xp̄i. Sic eni dr̄ in scripturis q̄ fuerit mr̄ τ xp̄s filius. vñ Luce. i. dixit angelus. paries filiū. Et Luce. ij. pepit filiū. Et Matth. ij. Accipe puerū τ mr̄em eius. Et Luce. ij. dixit mr̄ eius ad illū. Fili qd fecisti nobis sic. Et Ioānis. ij. ca. Erat mr̄ iesu ibi. Sed forte inquiūt: mr̄ sic nominatur: q2 filiū illū in suo vtero ex miraculo genitū educauit τ aluit ita q̄ ex pietatis officio nō cōditione aut ,ppᷓetate nature sic nuncupet̄. Ad qd̄ rñdemus ꝯm Augusti. in li. de ecclesiasti. dog. vbi ait. Natus est ꝯm veritatē nature ex deo dei filius. Natus est ꝯm veritatē nature ex hoie: hois filius: vt nō adoptione nō appellatione: nō nuncupatione: sed nā in vtraq3 natiuitate nascendo filij nomen haberet. Fuit igit̄ vgo sctissima vera mr̄ xp̄i qd̄ ,pbamus ex dictis sancti Tho. i. pte q. xxvij. Et iij. pte. q. xxxij. Nam ad rōnē vere paternitat̄ vel maternitatis τ filiationis cōcurrunt precipue tria. Primū est generatio viuentiū: vt viuū generet viuū. Et ,pptera q2 ignis generans nō est qd viuens nō dr̄ pr̄ aut mr̄ ignis generati. Scd̄m est collatio substantie. Nam faber lignoꝝ non dr̄ pr̄ scamni aut cuiuslibet alteri⁹ artificij qd̄ ipse fabricat q2 non cōicat sibi suā substātiā. Tertiū est materie p̄parate administratio: ,pptera terra nō dr̄ ,ppᷓe mr̄ hois q2 est mā remota. Et quartū addit̄ qd̄ ē

assimilatio in nã specifica. Jdõ capillus ab hoïe
generatus nõ dr̃ filius hoïs q2 nõ assimilatur
hoi specifice. Cũ g̃ btã virgo viuens genuerit
xp̃m viuentẽ cõicauitq3 ei corpulentã substã-
tiã administrauitq3 ad formationẽ corporis
eius mãm preparatã ⁊ xp̃s ab ea genitus fuit
ei similis in specie q2 pfectus hõ ex aïa rõnali
⁊ hũana carne subsistẽs: sequit̃ q2 xp̃s fuit ei9
filius ⁊ ipsa illius vera mr̃. Si ãt aliqs obijce
ret q2 xp̃s ex btã virgine miraculose natus est
sed miraculosa generatio nõ sufficit ad rõnez
maternitatis vel filiationis. Nõ eni dicimus
Euã filiã fuisse Ade: ergo videt̃ q2 xp̃s nõ de-
beat dici filius btẽ virginis. Rñdere possum9
ßm Damascenũ in.iij.li. q2 natiuitas tpalis q̃
xp̃s natus est pp nr̃am salutẽ ẽ quodãmõ ßm
nos qm̃ natus ẽ hõ ex muliere ⁊ tpe cõceptio
nis debito. Sup nos ãt qm̃ nõ ex viri semine
sed ex sctõ spũ ⁊ sancta virgine sup legẽ cõce-
ptionis. Exquo vt inquit Tho.iij.pte.q.xxxv
Ex parte mr̃is natiuitas illa fuit nalis sed ex
parte opatiõis spũs sct̃i fuit miraculosa. Vñ
btã virgo est vera ⁊ nãlis mr̃ xp̃i. Quis ergo
explicare queat quãto affectu filiũ illũ gesta-
uit in vtero pepit ĩ presepio suoq3 lacte pauit
vbere de celo pleno. Quis enarrare sufficiat
quãto gaudio eius infantilia mẽbra cõtrecta
bat dũ inuoluebat pannis ⁊ stricta cingebat
fascia. Quis ĩsup excogitare valeat q̃3 gratis
sima fuit amboꝝ ꝯuersatio amoris pinguedi
ne plena: Cõuiuebant pacifice: Colloquebant̃
benigne. Et virgo ore mellifluo fili mi sepius
ingeminabat: audiebat rñdentẽ illũ cũ oĩ re-
uerentia genitrix mea colendissima.

¶ Q2 btã virgo dei genitrix ẽ dicẽda q̃ meru
it ꝯcipe xp̃m cuius insup p̃rogatiue ab hoĩe ñ
possunt cõprehendi.

¶ Capitulum.iij.

TErtiũ priuilegiũ maternitatis virginis
illibate dr̃ dignitatis. Alie nanq3 mr̃es
puri hoïs: hec hoïs ⁊ dei mr̃ fuit. Sed ꝓ hui9
partis expeditione iocunda tria adhuc dubia
declaremus.

Primũ vtrũ btã virgo sit dei genitrix appel
landa.

Scdm vtrũ btã virgo meruit cõcipe xp̃m.

Tertiũ vtrũ virginis prerogatiue possint ab
hoïe cõprehendi.

¶ Ad primũ dubiũ rñdemus q2 bñ cõgrue ac
verissime virginẽ gloriosã appellamus geni-
tricẽ dei. Jngt nanq3 ioannes Damascenus
Theothocon vere sctãm mariã predicamus
virginez. Et in capitulis Cirilli approbat̃ in
Ephesina sinodo dr̃. Si qs nõ confitet̃ sctãm
virginẽ genitricẽ dei anathema sit. Et scã mr̃
ecclesia in diuinis officijs illã sic crebro noïat
Jn officio misse inducit versiculum Sedulij
Salue ait sancta parens enixa puerpera regẽ
qui celũ terrãq3 regit in secula seculoꝝ. virgo
dei genitrix quẽ totus non capit orbis in tua
se clausit viscera factus homo. Et in offerto-
rio. Post partũ virgo inuiolata permansisti
dei genitrix intercede pro nobis. Et in vespis
Aue maris stella dei mater alma. Et in cõple-
torio. Sub tuũ presidiũ ꝯfugimus sancta dei
genitrix Et in letanijs. Sctã dei genitrix ora
pro nobis. Quare autẽ sit cõueniens ⁊ ꝓpria
ista locutio declarat̃ a Bonauen.in.iij.di.iiij.
Et a Tho.in.iij.parte.q.xxxv.. q2 omne nomẽ
significans in concreto nãm aliquã põt sup-
ponere ꝓ qualibet ypostasi illius nature. Cuz
autẽ vnio incarnationis sit facta in ypostasi
manifestũ est q2 hoc nomen deus põt suppo-
nere ypostasi habente humanã nãm ⁊ diuinã
Et ideo quicqd conuenit diuine nature ⁊ hu
mane põt attribui illi persone. Concipi autez
⁊ nasci persone attribuit̃ ⁊ ypostasi ßm nãm
illã in qua concipit̃ ⁊ nascitur. Cum g̊ in ipso
principio conceptionis fuerit humana nã as-
sumpta a diuina persona. cõueniẽs est q2 vere
possit dici deũ esse conceptũ ⁊ natũ de virgie
Ex hoc ãt dr̃ aliqua mulier alicuius mater q2
eum concepit ⁊ genuit. Quare ⁊ beata virgo
vere dicit̃ mater dei q2 sit mater diuinitatis:
sed q2 persone habentes diuinitatẽ ⁊ humani
tatẽ est mater ßm humanitatẽ propter cõmu
nicatõez ydiomatũ. ¶ Scdm dubiũ erat vtꝝ
btã virgo meruit concipere xp̃m. Ad qd̃ Bo
nauẽtura in.iij.di.iiij.ait. q2 meritũ distingui
tur tripliciter. Est eni meritũ condigni: Me-
ritũ congrui: ⁊ meritũ digni. Jn merito con-
digni attenditur equalitas vtputa dũ quis p
diẽ vel mensẽ seruit alicui ꝓ conuenienti mer
cede labore debito finito meret̃ mercedẽ illaz
de condigno. Quantũ eni laborauit ⁊ quãto
tpe tantũ sibi debet̃. Jn merito congrui atten
ditur dispositio ad aliquã mercedẽ consequẽ-
dã in futuro puta si Rex vel princeps aliquis
ꝓ sua magnificentia proclamari fecisset q2 si
quis vno cursu p determiatũ spatiũ p̃cederet
reliquos currentes lucraret̃ librã vnam auri:
tunc multi hoc audientes ad currendũ se pre-
parent. Jnter q̊s esset vnus agilis valde ⁊ ad

currēdū plus ceteris expedit⁹ licet nōdū eēnt
ī cursu: vel p⁹q̄ currere cepint añq̄ pueniret
ad ṫminū diceret de isto vno ꝙ meret̃ p̄miuȝ
merito cōgrui. At postq̄ puenit ad terminū
meret̃ illud merito non condigni qꝛ premium
illud excedit laborē sed merito digni. Quia ex
quo sic placuit regi vel principi vt qui ad talē
terminū currendo ptingeret aurū sibi daret̃.
Ille qui sic currēdo prius ceteris applicuit ad
locū prefixū factus est dignus premio ex libe
ralitate preparato. Sic in ꝓposito btā virgo
nō meruit concipe xp̄m merito condigni qm̄
incarnationis bn̄ficiū q̄tū ad suā substantiā
vl' essentiā est supra merita oīm hoim ꝛ ange
lorū ꝛ ipsius virginis benedicte. Sed qꝛ ex be
nignitate sua diffiniuit de⁹ vt carnē sumeret
ꝓ salute hūani generis. ꝛ de muliere vna na/
sceret̃ deus ꝛ homo. Beata virgo a principio
sue sanctificatōis ꝛ toto tpe intermedio vsq̄
ad incarnationē merebat̃ esse mater dei meri
to cōgrui qꝛ ꝓpter excellentiā sanctitatis sue
ꝛ perfectionē virtutū ad hoc erat magis ido
nea siue disposita q̄ relique mulieres que po
tuerint esse in oī mūdo. At vbi verba illa san/
ctissima ꝓtulit. Ecce ancilla dn̄i ꝛ suū cōsensū
verbo firmauit illico meruit merito digni cō/
cipere xp̄m ꝛ effici mater dei. Tūc siquidē in/
uenta est excessisse merita oīm electoꝝ ꝛ maxi
me ꝓpter p̄eminentiā quattuor virtutū q̄ in/
cludunt̃ in verbis eius. Prima fuit obedien/
tia dū dixit: ecce. Exhibuit nāq̄ se adeo ꝓm/
ptissimā ad obediēdū deo q̄tū fieri pōt a pu/
ra creatura. Intensissima fuit illius voluntas
ad talē obedientiā q̄tuȝ intendi potuit: neq̄
tātū intēsa fuit voluntas abrahe dū voluit fi/
liū imolare: aut quorūcunq̄: qui pro dei obe/
dientia dura ꝛ asperrima queq̄ pati nō recu
sarūt. Scd̄a virtus fuit humilitas quā expres
sit dū subdidit. Ancilla dn̄i: tūc vtiq̄ tātū re
spectu dei descendit in nihilū ꝛ despectū sui
ꝙ nulla vnq̄ alia creatura ita viluerit sibiipsi
ꝓ deo sicut ipsa. Et licet magna fuit hūilitas
abrahe cū dixit Genesis. xviij. ca. Loquar ad
dn̄m meū cū sim puluis ꝛ cinis. Et Job cum
dixit. xvij. ca. Putredini dixi p̃r meus es mr̃
mea ꝛ soror mea vermibus. Et ioānis bapti/
ste: dū se vocē appellauit: nihilominus humi/
litas virginis supauit humilitatē istoꝝ ꝛ q̊/
rūcunq̄ alioꝝ. propterea in suo cantico dixit.
Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce eni
ex hoc beatā me dicent oēs generatōnes. Ter

tia virtus fuit eius fides quā explicauit dum
prosecuta est: Fiat mihi. Tūc siquidē captiua/
uit oēm intellectū in obsequiū dei: credidit q̄
simpliciter ꝛ purissime quecunq̄ sibi fuerant
p angelū intimata. Hinc elisabeth cōmendā
do illā dixit. Beata q̄ credidisti qm̄ pficient̃ in
te q̄ dicta sunt tibi a dn̄o. Quarta virtus fuit
charitas q̄ expressa est dū protulit: fm verbuȝ
tuū. Q ē cor suū: oē esse: oē posse obtulit volun
tarie deo. ¶ Tertiū dubiū erat vtrū virginis
prerogatiue possint ab hoie cōprehendi. Ad
qd̊ rn̄demus ꝙ sicut pfectiones diuine oi in/
tellectui sūt incōprehensibiles: sic pfectiones
grāꝝ quas virgo suscepit in conceptione filij
dei solo diuino itellectui ꝛ xp̄i fuerūt cōprehē
sibiles. vn̄ credit̃ ꝙ ad illā abyssū imperscruta
bilē oīm charismatū spūs scti q̄ in btāȝ virgi
nem descenderunt in hora conceptionis filij
dei: intellectus humanus vel angelicus nūq̄
potuerūt attingere. Multo nanq̄ plura opa
tus est deus in virgine ꝛ quidē grandia q̄ ea
q̄ scripta sūt aut excogitata. Iccirco Hiero⁹
in sermone ad paulā ꝛ Eustochiū dū de virgi
nis preeminentia esset dicturus ita locutus ē.
Timeo satis ꝛ valde ptimesco dū vr̄is cupio
parere profectibus ne forte sicut improbus
ita ꝛ indignus laudator inueniar profecto cū
nec sanctitas nec facundia suppetant vt btāȝ
ꝛ gloriosā virginē digne laudare queaȝ. Qm̄
vt verū fatear qcqd humanis dici pōt verbis
minus est a laude dei qꝛ diuinis ꝛ angelicis ē
excellentius predicata ꝛ laudata preconijs. A
ꝓphetis quidē prenunciata. A patriarchis
figuris ꝛ enigmatibus presignata. Ab euāge
listis exhibita ꝛ monstrata. Ab angelo vene/
rabiliter atq̄ officiosissime salutata. Preterea
qualis ꝛ quanta esset ab eodem diuinit⁹ de/
clarat̃ cū ait: Aue grā plena ꝛc̄. Talibus nāq̄
decebat virginē oppignerari muneribus vt
esset grā plena: q̄ dedit celis gloriā: terris deū
pacē gentibus: finē vitijs: vite ordinē: ꝛ mori
bus disciplinā. hec ille. Propter que oia corā
helisabeth deū ipsa magnificauit. que dignat̃
de se nobis dicere illud Ecclesiastici. xxiiij. ca.
Ego mr̃ pulchre dilectionis timoris ꝛ magni
tudinis ꝛ scē spei. In me ois grā vie ꝛ veritas
In me ois spes vite ꝛ virtutis. Trāsite ad me
omnes qui ꝯcupiscitis me ꝛ a generationib⁹
meis adimplemini. Spūs eni me⁹ sup mel dul/
cis ꝛ hereditas mea sup mel ꝛ fauuȝ. Ad eā ḡ
crebro cōfugiamus vt sua ꝓtectōe liberemur

ab oībus malis iminentibus ⁊ bn̄faciēdo me-reamur filij eius grām ⁊ tandem gloriā sem-piternā. Amen.

¶ Sermo vigesimusoctauus de tribus virtu-tibus contemplandis virginis gloriose in fe-sto purificationis eiusdem.

IMpleti sunt dies purgatōnis marie ſm legē moy-si. Scribūt̄ hec ꝟba Luce.ij.ca. ⁊ in euangelio p̄ntis solēnitatis Splendor virtutū gloriose virgnis marie mi-ro mō effundit̄ in celo ⁊ in terra. Naꝫ de ipsa inqt Ambrosiꝰ in li. de virginitate. Talis fuit maria vt eius vnius vita oīum sit disciplina. Propterea queçunqꝫ gesta sunt ꝑ eā dū illuꝫ paruulū presentauit in templo rōnabiliter fa-cta fuisse indubitant̄ tenēdū est. Q̄ŏ vt ⁊ nos deuotius contēplari possemus. Sctā mr̄ eccle-sia purificationis eius festū cū bn̄dictione can-delarū agendū statuit. Deferunt̄ ꝟo accense candele ille bn̄dicte: vt innuat̄ ꝙ virgo sacra-tissima tota sit splendida ⁊ luminosa. Fuit aūt p̄ntis solennitatis institutor. Sergius papa q a spū sctō edoctus voluit vt xp̄iani singulis annis ad honorē genitricis dei hac die totuꝫ mundū cū accēsis ⁊ bn̄dictis cereis illustrarēt Inductus ꝟo ad id fuit qm̄ Romani tpe gē-tilitatis ⁊ supstitiosi cultus idoloꝝ in kalen-dis februarij ad honorē februe mr̄is martis q deus erat belloꝝ vrbē de quito in quintū an-nū cū cereis ⁊ facibus tota nocte lustrabāt vt filius eius illis victoriam de inimicis con-cederet cuius matrē tā solēniter honorarent. Similiter in februario sacrificabāt februo.s. Plutoni ⁊ ceteris dijs infernalibus ꝓ aīabꝰ ancessoꝝ suoꝝ. iō ei solēnes hostias offerebāt ⁊ tota nocte laudibus insistentes cuꝫ cereis ⁊ accensis facibus vigilabant. Et qm̄ difficile ē cōsueta relinquere xp̄iani de gentilitate con-uersi adhuc p̄dictas cerimonias obseruabant qua de re Pontifex maximus vt extingueret paganoꝝ errorē indixit vt bn̄dicta luminaria ad honorē regine celorū ab oībus fidelibꝰ por-tarent̄. Ipsa nāqꝫ nō martis sed iesu xp̄i filij dei dulcissima mater a nobis colenda est cuiꝰ meritis ⁊ intercessione innumera: vt sic dicaꝫ: eā inuocantibus bn̄ficia donant̄. Ad cuiꝰ lau-des explicandas hodierna die incūbere debe-mus q̄ vagientē filiū ad templū ꝑduxit ibiqꝫ oīa ꝑfecit q̄ moyses in lege iubebat. In qbꝰ ꝑ ipsā laudabilissime gestis triplicē eius virtu-tem pre ceteris eligimus contemplandā.

Prima dr̄ virginitatis.
Scd̄a humilitatis.
Tertia liberalitatis.

¶ De ꝑpetua virginitate sancte marie q̄ fuit a ꝓphetis prenūciata ab ipsa voto ꝯfirmata ⁊ semꝑ inuiolabilit̄ obseruata. Capitulum.j.

PRima virtus excellētissima illius felicis-sime mr̄is quā ꝯtēplari debemꝰ dr̄ virgi-nitatis. Hec designat̄ in verbis moysi. Nam Leuitici.xij.ca. Ex ordinatione dei moyses di-xit. Mulier si suscepto semie pepit imūda erit Ista ꝯditio si apposita dat intelligere: ꝙ qn̄qꝫ mulier esset paritura masculū nō suscepto se-mine. Erḡ doctores dicunt ꝙ signant moyses fuit ita locutus ad excipiendā mr̄eꝫ dei ab im-mūdicia. Et vt Bernardꝰ ait q̄ timuit in ma-trē dn̄i blassemiā irrogogare. Sed vt virgini-tatē illā ardentius veneremur: in hac ꝑte tria dubia sunt aperienda.

Primū vtrū virginitas marie fuit ante pre-nunciata
Scōm vtꝝ ꝟgitas marie fuit voto ꝯfirmata
Tertiū vtꝝ virginitas marie fuit sꝑ obſuata

tione. Et fecit redemptionẽ. s. in sua benedicta
passione plebis sue. Et erexit cornu salutis no
bis: id ẽ virtutẽ consequendi salutem eternam
in sua resurrectione: quia resurrexit ad vitam
immortalem: educens sanctos patres de lim-
bo: ⁊ in sua ascensione: quia illos ad celestia in-
troduxit. In domo dauid pueri sui: qr ista ad
impleuit xp̃s in carne assumpta de domo Da
uid. Sicut locutus est per os sanctorum qui a
seculo sunt ꝓphetaruȝ eius: quia sic ꝓmiserat
p ꝓphetas. Salutẽ ex inimicis nostris. supple
consecuti sumus p xp̃m. de mundo: carne: ⁊ di
abolo. Et de manu omniũ qui oderũt nos. Ad
faciendã misericordiã cũ patribus nr̃is: quia
mysteriũ incarnationis impleuit non propter
nostrã iustificationẽ: sed ꝓpter suaȝ misericor-
diam implendaȝ quã patribus ꝓmisit. Et me
morari testamenti sui sancti. i. pacti firmissimi
qd habuit cũ patribus veteris testamenti de
xp̃o venturo: de quo testamento ad modũ me
morantis seu recordantis se habuit quãdo pa
ctum ĩpleuit. Jusiurandũ qd iurauit ad Abra-
am patrem nostrũ daturũ se nobis. Vt sine ti
more de manu inimicorũ nostrorꝫ liberati ser-
uiamus illi. In sanctitate ⁊ iusticia coraȝ ipso
omnibꝰ diebus nr̃is. Et tu puer propheta al-
tissimi vocaberis. Nunc dirigit sermonẽ ad fi
lium natum. Preibis eñi ante faciem dñi pa-
rare vias eius. s. per predicationem xp̃m annũ
ciãdo. Ad dandã scientiã salutis plebi eius in
remissionẽ peccatoruȝ eorꝫ. Per viscera mise-
ricordie dei nostri id ẽ per intimã ⁊ occultam
dei miãm facta sunt hec: in qbus visitauit nos
oriens ex alto. Illuminare his q in tenebris et
vmbra mortis sedẽt. i. prĩbus in limbo existen
tibus: ad dirigendos pedes nr̃os in viã pacis
O Zacharia pr̃ tãti filij de quo tãta miracula
oculis conspexisti. O senex admodũ venerãde
q prolẽ ex te genitã a deo electã nõ dubitasti.
O vir sanctissime q spm̃ scm̃ in tua mẽte p ex-
perientiaȝ noui luminis suauissimiqȝ spũalis
gestus sensisti. Et qs explicet iocunditatẽ ⁊ le-
ticiã cordis tui? Quis enarret ꝯsolationem aĩe
tue. Nõ mirꝫ igit̃ si cãticũ quod iã exposuimꝰ
deũ laudando ac benedicendo cecinisti.
¶ De scitate Joãnis baptiste quã demõstrãt
quinqȝ virtutes illiꝰ p̃cipue ⁊ singularissime.

Capitulum.ij.

SEcundum mysterium contemplandū de
Joāne baptista dicitur sanctitatis. Quā/
ta eniꝫ sanctitate fuerit preditus colligere pos
sumus precipue ex quinqꝫ.
Primo ex mundi derelictione.
Secundo ex corpis mortificatione.
Tertio ex humili confessione.
Quarto ex feruenti predicatione.
Quinto ex martyrij tolleratione.
¶ Primo apparet sanctitas Joānis ex mūdi
derelictione. Nā spū scō afflatus nō puerili le
uitate motus in etate tenera: paterna domo
relicta: ad solitudines deserti se ꝯtulit. Quapp
ecclesia ipm alloquēs ait. Antra deserti tener
sub annis ciuium turmas fugiens petisti: ne le
ui saltē maculare vitā famine posses. Mansit
aūt ibi absqꝫ hoim quorūcūqꝫ ꝯuersatiōe vsqꝫ
ad tpa sui baptismi siue pdicationis. Nec ē he
sitandū ꝙ parentes sui passi sint priuari psen/
tia vnici filij: cū scirent ex his q̄ in eius conce/
ptione ꝛ natiuitate pcesserāt: puerū illū ad oia
eius gesta p spiritū sanctum dirigi ꝛ regulari.
Sed circa hoc posset aliquis querere vtrū sit p
fectior vita solitaria q̄ꝫ socialis. Et quidā for/
tasse dicerent ꝙ socialis: tū quia vt ait Sapiēs
Ecclesiastici.iiij.ca. Meli⁹ ē duos eē q̄ꝫ vnū: qꝛ
vn⁹ iuuaṫ ab alio. Tū qꝛ Matth.xviij. xp̄s di
xit. Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo
congregati in medio eoꝝ sum. Tū etiā quia so
litaria vita videṫ esse contra naturā hois. Nā
vt phus dicit in primo politice. Homo ē ani/
mal sociale. Sed Aug⁹ in libro de operib⁹ mo
nachorū: illos sanctiores esse dicit qui a conspe
ctu hoim sepati nullius ad se pbent accessum.
Ad pleniorē tū intelligentiā ꝛ obiectorū decla
rationem notāda sunt verba sancti Tho. qui
sa sc.q.clxxxviij.ar.viij.ait: ꝙ solitudo n̄ ē essē
tia pfectōis: sꝫ pfectōis instrumentū: nō tū est
instrumentū congruū actioni sꝫ ꝯtemplationi
Ideo non ꝯgruit religionib⁹ q̄ sunt ordinate
ad opa vite actiue siue corpalia seu spūalia ni/
si forte ad tps exemplo xp̄i: qui vt diciṫ Luce.
vj. Erat pernoctans in oratione dei. Cōpetit
itaqꝫ solitudo religionib⁹ q̄ sunt ad ꝯtēplatio/
nē ordinate. Notandū tū est ꝙ illud qđ est so/
litariuꝫ debet esse sibi p se sufficiens. Hoc aūt
est cui nihil deest quod ptinet ad rationē pfe/
cti. Et ideo solitudo cōpetit contēplanti q iam
ad pfectum puenit. Qđ qdem contingit dupli
citer. Vno modo ex solo diuino munere: sicut
fuit de Joāne baptista: q vt dictū ē: repletus
fuit spū scō adhuc ex vtero matris sue. Alio
mō p exercitiū virtuosi actus: ad qđ exercitiū
iuuatur hō ex alioꝝ societate dupliciter. Vno
mō quātū ad intellectū vt istruaṫ in his q̄ sūt
ꝯtēplanda. Vnde Hiero⁹ dicit ad rusticū mo
nachum. Mihi placet vt habeas sacrū contu/
berniū: nec ipe te doceas. Scđo quātū ad effe/
ctum vt.s. noxie affectiones hois reprimantur
exēplo ꝛ correptōne alioꝝ: quare vita solitaria
si debite assumaṫ peminet vite sociali. Si autē
absqꝫ pcedenti exercitio talis vita assumaṫ est
periculosissima nisi p diuinā grām suppleatur
qđ in alijs p exercitiuꝫ acquiriṫ: sicut patet de
beatis Antonio ꝛ Bn̄dicto. Et sic quāuis me
lius sit esse duos q̄ꝫ vnū: dū vnus indiget auxi
lio alterius: tū hoc auxilio nō indigēt q sunt p
fectionē assecuti. Sicut etiā xp̄s ē in medio co
rum q sunt in suo noīe ꝯgregati: ita vt dicitur
pme Joānis.iiij.ca. Deus charitas ē ꝛ q ma/
net in charitate i deo manet ꝛ deus in eo. So
litarie vero viuere pōt dupliciť eē: aut ppter
animi seuiciā ꝛ hoc est bestiale. Aut ppter cō/
templationē: dū aliqs a ꝯuersatione alioruꝫ se
sepat vt liberius vacet rebus diuinis ꝛ studio
sapientie: ppterea Aristo. pmo politice dixit.
ꝙ ille q alijs nō cōmunicat ē bestia aut de⁹.i.
diuinus vir. ¶ Scđo apparet sanctitas Joan
nis ex corpis mortificatione. Nam vt scribit
Marcus pmo ca. Erat Joānes vestitus pilis
Cameli ꝛ zona pellicea circa lūbos eius: ꝛ locu
stas ꝛ mel siluestre edebat. Idē habeṫ Matth.
iij.ca. vbi Nichola⁹ de lira inqt. Locuste sunt
parua animalia volitantia per modū salt⁹ et
reperiūtur in deserto iudee ꝛ frixa cū oleo sūt
cibus paupeꝝ. Quidā vero putāt locustas hic
appellari nō aīalia illa: sꝫ gen⁹ herbaꝝ qđ vsui
humano ꝯuenire pōt. Vescebaṫ itaqꝫ Joānes
quocūqꝫ mō locuste accipianṫ cibo non lauto
imo tenui ꝛ insipido atqꝫ austero. Sumebat
etiā mel siluestre qđ sm Nicholaū de lira re/
peritur in trūcis arborum. ¶ Tertio apparet
sanctitas Joānis ex humili cōfessione. Nam
quādo iudei miserūt ad eū sacerdotes ꝛ leui/
tas vt scribitur Joānis pmo ca. vt interroga
rent eū. Tu quis es: nō superbe locutus est q̄si
de seipo presumens: quinimo humiliter respō
dit: ꝛ ꝯfessus ē veritatē dicens: qꝛ nō erat xp̄s:
neqꝫ Helias in psona: neqꝫ ppheta ille videli
cet quē ipsi querebāt: sꝫ dixit. Ego vox clamā/
tis in deserto: dirigite viā dn̄i. Congrue aūt se

vocē appellauit. Primo q2 vox ordinatur ad
verbi expressionē. Voces enī sūt carꝫ que sunt
in aīa passionū note: vt dicit Aristo. in primo
Periarmeniarꝫ. Sic Joannes expressit verbū
incarnatū. Scdo de rōne vocis est ꝙ respectu
Vbi sit noticia prior: origine tñ posterior. Nā
ſm rōnez originis prius verbū cōcipit q̄ꝫ vox
formet. Joānes ergo fuit vox q2 respectu xp̄i
fuit noticia prior lꝫ eēt ⁊ origie posterior. Ter
tio vox transit: verbū aūt manet. Joānes ḡ cū
dicit se vocē insinuat se trāsiturꝫ: xp̄m Vo per
mansurꝫ. Tandē de xp̄o alta ꝓtulit: de se humi
lima cū subdidit. Ego baptiço in aqua. Medi/
us aūt vestrū statit quē vos nescitis. Et dicit
medius ſm Nicholaū de lira. i. cōmuniter vi/
uens inter hoīes: quē iudei quantū ad diuini/
tatem nesciebāt: Subdidit Joannes. Ipse ē q
post me venturus est. s. ad p̄dicandū ⁊ mysteri
um redēptionis cōplendū. Qui ante me fact⁹
est. i. mihi prelatus in dignitate cui⁹ nō suꝫ di
gnus vt soluā ei⁹ corrigiā calciamēti. ¶ Quar
to ostendit sanctitas Joānis ex feruēti p̄dica/
tione. Nā vt dicit Luce. iij. ca. Factū ē verbuꝫ
dn̄i. i. diuina inspiratio sup Joannē Zacharie
filiū in deserto ⁊ venit in oēm regionē iorda/
nis predicans baptismū penitentie. Et vt ait
Matth. iij. ca. Exibat ad eū hierosolima. i. po/
pulus de hierl'm. ⁊ accipit hic ꝯtinēs ꝓ cōtēto
Et oīs iudea. i. multi. Et ē hic quedā figura ſꝫ
Nicho. de lira q̄ vocat iperbole. i. locutio mul/
tum expressiua. Inchoauit aūt p̄dicationē suā
sic ⁊ xp̄s dicens. Penitētiā agite: deinde quat
tuor p̄cepta docuit. Primū docuit phariseos.
nā vt scribit Matth. iij. ca. Videns Joannes
multos phariseorꝫ ⁊ saduceoruꝫ venientes ad
baptismū suū: nō tñ credentes ſm veritatē vt
dic Nicho. d̄ lira. sꝫ mag' ad simulatōeꝫ ⁊ insi
diatōeꝫ. Et q̊ xp̄s vt pꝫ Matth. xxj. ca. q̄rēs d̄
baptismo Joānis an eēt e celo vel ab hoīb⁹ cū
nō fuissēt pharisei ausi respondere dixit. Qua
re nō credidistis ei. Idē dicit Joseph⁹ in. xix.
antiquitatū li. Ipse Joānes dixit illis: ꝓgeni/
es viperarꝫ q2 venenū erroris ⁊ ipocrisis a su
is ꝓgenitorib⁹ traxerāt. Quis demonstrabit
vobis fugere a ventura ira: quasi dicat: lꝫ falsi/
tas vestra lateat in ꝯspectu populi: tñ nō pote
rit latere in ꝯspectu dei: facite ergo fructus di
gnos penitentie: ⁊ ne velitis dicere intra vos
patrē habemus Abraam. Vt enī ait Nicho.
de lira. pharisei de hoc gloriabant q2 de Abra
am descēderāt. Et iō ex ꝓmissiōe facta Abrae
sine operibus salutē cōsequi presumebāt. Et h
est manifeste falsum: q2 nō dicunt filij Abrae
ex carnali ꝓpagatione sꝫ magis ex fidei imita
tione vt dicit ad romanos. iiij. ca. Et iō q2 pha
risei ⁊ legisperiti fidē Abrae de xp̄o respuerūt
ideo nomē filiationis Abrae p̄diderūt. Et hoc
est qd̄ dicit Joānes. Et ne velitis dicere intra
vos p falsā. s. extimatōꝫ patrē habem⁹ Abraā
q2 nō ē sic ſm veritatē. Ecōuerso gētiles fidē
xp̄i deuote ad p̄dicationē apl'orꝫ receperūt: iō
filij Abrae facti sūt. Et hoc ē qd̄ subdidit Joā
nes. Dico enī vobis qm̄ potens est deus de la
pidib⁹ istis suscitare filios Abrae. Scd̄m Ni/
cholaū de lira tenēt aliqui ꝙ Joānes demon/
strauit illos lapides quos filij isrl' de ꝓfundo
iordanis attulerūt vt habet Josue. iiij. ca. i me
moriā miraculi ꝙ dn̄s in transitu eorꝫ aquas
iordanis siccauit. Sꝫ p illos lapides Joannes
gentiles significauit: q2 colebant idola de lapi
dibus facta. Filij ergo Abrae de lapidibus su/
scitati sunt qñ iudeis p infidelitatē a filiatiōe
Abrae recedentib⁹: gentiles fidē xp̄i recipiētes
in locum eorꝫ substituti sunt. Et q2 doctor veri
tatis nō solū debet vitia ꝯfidenter arguere sꝫ
etiā penā p̄dicere. Iō subdidit Joannes. Jam
enī securis. i. securitas diuini iudicij posita est
ad radicē. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bo/
num: excidetur ⁊ in ignem mittet. Scd̄m p̄ce/
ptum docuit turbas: nā vt scribitur Luce. iij.
ca. Interrogabant Joānem turbe quid essent
facture. At ille respondēs dicebat. Qui habet
duas tunicas det vnam nō habenti. quod in/
telligitur scd̄m Nichola. de lira qñ tunica eēt
superflua. Tertiū p̄ceptū docuit publicanos offi
ciales imperatoris: nihil inqt plusq̄ꝫ vobis cōsti
tutum est faciatis. Hoc aūt dixit quia collecto
res taliū solent esse proni ad plus colligendum
q̄ꝫ sit eis mandatū: vt quod est amplius rema/
neat. Quartū p̄ceptū docuit milites cum dixit
eis vt scribit Luce. iij. ca. Neminē ꝯcutiatis. s.
opprimendo pauperes ⁊ eos despiciēdo: neqꝫ
calūniā faciatis. i. nō imponatis falsum crimē
diuitib⁹ ⁊ potētibus vt occasionē extorquēdi
bona eorū habeatis: q2 p aliā viā a talibus bo
na recipere nō possunt. Cōtenti estote stipen/
dijs vestris. ¶ Quinto ostendit sanctitas Jo/
annis ex martyrij tolleratione. Vt enī scribit
Matthei. xiiij. ca. ⁊ Marci. vj. ca. Decollatus
fuit Joānes iubēte Herode. Hic vt habetur
i historia scholastica vxorē fr̄is sui Philippi
abstulit: ⁊ Arethā regē: ⁊ Herodē agrippam

⁊ Philippū in sui inimicitia cōcitauit. Joannes ergo cum de hoc arguebat: qđ sibi ⁊ herodi molestissimū erat ⁊ odiosum. Nā vt ait Terentius. Obsequiū amicos: veritas odium parit. Et Hieronym⁹ in ep̄la ad occeanū inquit: Ita se habet natura vt amara sit veritas. Videns itaq; Herodes q2 Joānes cū tā dure redargueret. Et q2 ob p̄dicationē ⁊ baptismū s̄z Josephū magnū populuz cōgregaret: ip̄m in carcere vinculauit in Macherōta castello arabie: in hoc vxori placere cupiēs ⁊ populi sequētis Joānē dispendiū ptimescēs. Desiderabat aūt ip̄m occidere sed populū formidabat. Tandem excogitauit dolose ⁊ nō sine ꝯfabulatiōe atq; cōsilio herodiadis maligne: vt natalis sui diē corā primis galilee suisq; principibus celebraret. Ista eni erat ꝯsuetudo apud antiquos. q̄ principes solēnizabāt die sue natiuitatis: et diē etiā natalis imperij sui in quo coronabantur: quare Herodes ꝯuocatis magnatibus et nobilib⁹ multis: ꝯuiuiū illis letissimū atq; lautissimū pparauit atq; saltauit filia herodiadis id est tripudiauit. Et hoc fuit ex dispositōe matris ⁊ ip̄ius Herodis: q cū iuramēto ꝓmisit ei dare qđ peteret: q̄ p̄monita a matre petiuit caput Joānis baptiste. Et cōtristatus ē rex: ficte tñ ⁊ s̄m apparentiā. Nā vt inquit Beda. licet ꝯtristaret̄ in facie letabat̄ tñ in corde. Simulabat aūt ꝯtristatiōnē ꝓpter iusiurandū qđ infringere iudicabat illicitū. S3 vt ait Ambros⁹ li. de officijs Herodes saltatrici premiū turpiter ꝓmisit: crudelit̄ soluit: nā vt refert Nichol⁹ de lira. In ꝓmissione facta in generali etiā cū iuramēto nō intelligit̄ aliqđ illicitū sub obligatione cadere: cuiusmodi erat interfectio Joannis. Et ď hoc plene habet̄ i decretis. xxij. q. iiij. quasi per totū. Misso itaq; herodes spiculatore decollauit Joānē in carcere: ⁊ allatū ē caput eius in disco: ⁊ datū est puelle: ⁊ illa tulit mr̄i sue. Discipuli aūt accipientes corp⁹ sepelierūt illud in sebaste. vt ponit̄ in. xij. li. historie ecclesiastice. Herodias aūt caput Joānis in hierl'm fecit deferri: ⁊ iuxta Herodis habitaculū caute sepeliri. Fuit vero Joānes decollat⁹ circa dies azimoꝝ anno p̄cedēte passionē xp̄i. De q̄ sic loquit̄ Crisosto. Joānes schola virtutū: magisteriū vite: sanctitatis forma: norma iusticie: virginitatis speculū: pudicitie titulus: castitatis exemplū: penitentie via: peccatorū venia: fidei disciplina: Joānes maior hoīe: par angelis legis summa: euangelij sanctio: apostoloꝝ vox silentiū ꝓphetaꝝ: lucerna mūdi: precursor iudicis: xp̄i mediator: dñi testis: totius medius trinitatis. Et hic tantus dat̄ incestui: tradit̄ adultere: adducitur saltatrici.

¶ De quinq; dignitatibus que ostendunt q̄ȝ sublimis inter sanctos Joānes baptista.

¶ Capitulum. iij.

Tertiū mysteriū ꝯtēplandū de beato Joanne baptista dicit̄ sublimitatis. In quo q̄ȝ sublimis inter sc̄tōs sit apericmus: possum⁹ aūt id facile cōprehendere si ꝯsiderare voluerimus quinq; illius p̄cipue dignitates.

Prima dicitur sanctificationis.
Secunda cōmendationis.
Tertia celebrationis.
Quarta venerationis.
Quinta glorificationis.

¶ Prima dignitas beati Joānis dicit̄ sanctificationis. Fuit quidē in vtero sanctificatus. Vñ eccl'ia dicit de eo illud Jeremie primo ca. Anteq̄ȝ exires de vētre sanctificaui te. Ob istā sanctificationem purgatus fuit a plaga originalis culpe: vnde si in vtero matris decessisset ad sinū abrae euolasset: cū ceteri vadant in infernum q ibi moriunt̄. Fuit insup in vtero matr̄ letificat⁹: cū tñ ceteri ibi sint cū tristicia. Multaq; alia sp̄ualia dona ē cōsecutus: quare Gabriel predixit patri. Sp̄ū sancto replebit̄ adhuc ex vtero matris sue. Secunda dignitas beati Joānis dicit̄ cōmendationis. Quidnā certi⁹ ⁊ firmius ostēdere pōt preeminētiam alicuius q̄ȝ sententia ⁊ laus ex ore diuino ꝓcedēs. Turpe est laudari a malis viris: ꝓ quibus ait Seneca in ꝓuerbijs. Tā turpe est laudari a turpibus q̄ȝ si lauderis ob turpia. Gloriosuz ergo ē cū quis laudat̄ a sapientibus: a viris grauibus ⁊ prestantissimis. Sed sup oīa grande ē ⁊ ineffabile donū duz quis extollit̄ laudibus ab ore diuino. Vtꝫ eni ingt Hieronymus in sermone ad Paulā ⁊ Eustochium. Quicqd humanis dici potest verbis min⁹ est a laude dei. Ex his aūt quos deus dignatus est cōmendare null⁹ tātis laudibus fulget quātis Joānes baptista. Dixit eni deus Noe Genesis. vij. ca. Te eniz vidi iustū corā me ex omnib⁹ gentibus. Et de Dauid p̄s. lxxxviij. Inueni inquit Dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eū. Et de Job vt p3 eiusdē p̄mo ca. Nūquid ꝯsiderasti seruū meū Job q̄ nō sit ei siīis in terra. Et de Paulo Actuū. ix. ca. Vas electionis ē mihi. Et de centurione Matth. viij. ca. Nō inueni tantaz

fidem in isrl'. Et petro dixit xp̄s Matth.xvj.
ca. Beatus es Simon bariona. Sed de Joā
ne multo plura multaq₃ maiora locutus ē. nā
vt scribit Matthei.xj.ca.dixit iesus turbis de
Joāne. Quid existis in desertū videre ꝛc̄. vbi
cōmendauit eū de quattuor. Primo de solidi
tate fidei ꝛ cōstantia cū dixit'. Quid existis in
desertum videre arundinē vento agitatā: q̄si
dicat: nō. q₂ Joannes fuit ita cōpositus ꝙ nec
timore nec fauore a veritate declinabat. Scd̄o
cōmendauit eū ab austeritate penitentie: dum
subdidit hoiem mollibus vestitū? quasi dicat
non. Tertio cōmendauit eū a claritate noticie
dum sequit̃ ꝓphetā? Etiā dico vobis plusq̄₃
ꝓphetam. Et dicitur plusq̄₃ ꝓpheta q₂ nō so
lum xp̄m preuidit venturū ꝛ predixit sicut alij
ꝓphete s₃ etiā ip̄m digito ōndit. Quarto com
mendauit eū ab auctoritate doctrine dicens.
Hic ē de quo scriptū est.s. p Malachiā. Ecce
ego mitto angelū meū.i. Joannē qui vitā du
xit angelicā ante faciē meā: qui preparabit viā
tuā ante te. Amen dico vobis inter natos mu
lierū nō surrexit maior Joāne baptista. ❡ Ter
tia dignitas beati Joānis dicit̃ celebrationis
De solo nāq₃ iesu xp̄o ꝛ virgine matre Joan
neq₃ baptista narrantur prec. nia natiuitatis.
Jccirco ecclesia solēniter celebrat natiuitatem
coꝝ. Hinc Aug⁹ in sermone q legit̃ in officio
presentis solennitatis ait. Post illū sacrosctm̄
dn̄i natalis diē nullius hois natiuitatē legim⁹
celebrari nisi solā Joānis baptiste. Jn alijs eni
sanctis ꝛ electis dei nouimus diē illū coli quo
illos post ꝯsūmationē laborū ꝛ deuictū triū
phatumq₃ mundu₃ in perpetuas eternitates
presens hec vita parturijt. Jn alijs cōsūmata
vltimi diei merita celebrant̃. Jn hoc etiā ꝑma
dies ꝛ ipsa hominis initia cōsecrant̃. ❡ Quar
ta dignitas bt̄i Joānis dicitur venerationis.
Voluit nāq₃ deus concurrentibus miraculis
plurimis reliquias corporis eius a fidelib⁹ ve
nerari. Legit̃ enī in historia ecclesiastica: ꝙ cu₃
ad tumulū Joannis multa miracula fierent:
iubente Juliano apostata gētiles ossa ei⁹ spar
serunt. Et cū miracula nō cessarēt: postea colle
cta ꝛ in igne cōcremata in puluerē redegerunt
ꝛ per agros ventilauerunt. Tandē cineres illi
collecti a quibusdā monachis hierosolimā fu
ere delati: deinde post aliqua tp̄a ianuā trāsla
ti vbi nūc deuote coluntur. Sicut Alexander
tertius: ꝛ Jnnocentius quartus: rei veritate co
gnita suis ꝑuilegijs approbarunt. Caput Vo
eius tp̄e Marciani pn̄cipis inuentū est. Duo
bus quidē monachis beatus Joannes caput
suum in visu manifestauit: qui ad locū ꝓperā
tes vbi sepultū tādiu latuerat inuenerūt: illud
saccis cilicinis inuolutū: qd̄ postmodū Cōstā
tinopolim: inde ad gallias regnante Pipino
est translatum. Vltimo ad vrbē deductū ꝛ in
ecclesia sancti Siluestri honorifice reseruatum
Digitus insuper ille quo dn̄m ostenderat cō
buri nō potuit vt refert magister Joānes Be
leth. qui a fidelibus cōseruatus: postmodum a
sancta Tecla de vltramarinis partib⁹ in Nor
mandiā delatus est. ❡ Quīta dignitas bt̄i Jo
annis dicit̃ glorificationis. Credendum q̄ppe
est ꝙ in celo magna sit gloria eius. ꝛ ꝙ positus
sit in supremo ordine angelorū atq₃ in sede lu
ciferi collocatus. Nā illa sedes nō fuit repara
ta per xp̄m: quia stat ad dexterā patris: nec p
virginē quia stat super choros angeloꝝ: nec p
aliū sanctum: quia vt predictum est. Jnter na
tos mulierum non surrexit maior Joanne ba
ptista. Et sicut magnus fuit meritis ꝛ sancti
tate: ita magnus ē gloria ꝛ felicitate. Cuius pa
trocinū deuote implorantes sperare possunt
illius intercessione consequi in hoc seculo dei
gratiam ꝛ in futuro gloria₃ sempiternam. Jn
qua viuit ꝛ regnat deus per omnia secula secu
lorum. Amen.

❡ Sermo trigesimussecūdus de sancto Pau
lo apostolo doctore summo gentium.

VAs electionis est
mihi. dn̄i nr̄i iesu xp̄i verba sūt ista
origialiter Actuū.ix.ca. Ad laudes
ingentes beati apl̄i Pauli extollen
das hodierna die merito est elaborandu₃. Jpe
nanq₃ sua eruditione mirabili: christi benedi
cti nomen gentibus patefecit. Jpse sue cōuer
sionis exemplo peccatoribus ad penitentiam
redire volentibus spem de venia consequen
da dedit. Jpse vtiq₃ verbis ꝛ factis adeo clare
christum a mortuis resuscitatum atq₃ in dexte
ram dei patris sedentem ostendit: vt nullus
amplius nisi volens de fide christi dubitare
queat. Ad ipsum igitur sermonem vertamus
qui prius nominis Jesu ardentissimus perse
cutor: expost factus est illius defensor acerri
mus ꝛ predicator eximius: in quo post emen
datum delictum tanta superabundauit gratia
vt etiam in hac vita mortali ad visionem diui
ne essentie raperetur. De ipso pijssimus iesus

ananie discipulo suo fidelissimo retulit verba
in themate posita: In qbus de Paulo glorio/
sissimo tria mysteria pponimus cõtemplãda.
Primum dicitur persecutionis.
Secundum conuersionis.
Tertium visionis.

¶ Qualiter Paulus feruebat in psecutionem
discipulorum. Capitulum .j.

Primũ mysteriũ ꝯtemplandũ de Paulo
dicitur persecutionis. Ipe naq3 validissi
me ecclesiã expugnare tẽptauit. Unde Lucas
Actuũ .ix. ca. dicit. Saulus aũt adhuc spirans.
i. ex vehemẽti spũ ignẽ psecutiõis accendẽs in
se ⁊ in alios: contra ecclesiam minaꝝ in verbis
iniuriosis: ⁊ cedis .i. in verberibꝰ et flagellis in
discipulos dñi accessit ad principẽ sacerdotũ ⁊
petijt ab eo eplãs in damascum ad sinagogas
vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulie
res vinctos illos perduceret in hierl'm. Sed p
huius partis pleniore intelligentia circa septẽ
dubitare contingit.
Primo circa nois mutationem.
Secundo circa superbie occasionem.
Tertio circa temporis dilationem.
Quarto circa mĩe consecutionem.
Quinto circa liberi arbitrij dispositionẽ.
Sexto circa discipuloꝝ distinctionem.
Septimo circa potestatis acceptionem.

¶ Primo dubitaꝛ circa nois mutationẽ. qre
s. nomen Pauli mutatũ ẽ cũ priꝰ Saulus vo/
caretꝛ. Nã mutatio nois est phibita. C. de mu/
tat. no. l. i. Sed ad hoc respõdet Jo. an. in glo.
in plogo sexti libri decretaliũ. ꝙ lex illa loquiꝛ
de mutatione fraudulenta. Tñ interdu3 l3 mu
tare nomẽ vt p mutationẽ nois ostẽdaꝛ facta
mutatio hois. Sicut iacob vocatus fuit Isrl'
ex eo ꝙ vidit dñm. vt patet Genesis .xxxij. ca.
Et Simon vocatus ẽ Petrus ex pfessione di
uinitatis in xpo vt scribit Matth. xvj. ca. Et
in romanis pontificibus mutari solet nomen
Nã Martinus quintꝰ antea vocatus ẽ oddo
de colũna. Eugenius .iiij. Gabriel. Nicholaus
quintꝰ Thomas. Calixtus .iiij. Alfonsus. Piꝰ
secundus Eneas. Paulus .ij. Petrus. Et Si/
xtus .iiij. dicebaꝛ Franciscꝰ. Rõ vero talis mu
tationis est qꝛ nomẽ debet conuenire rei. sicut
patet .xxj. di. ca. cleros. ⁊ de pben. ⁊ digni. ca. cũ
scõs. Et .xvj. q. i. ca. si cupis. Et instituta de dona.
§. Est. Tamen de nomine Pauli tres opinio/
nes inueniunꝛ. Prima ẽ Origenis qui dicit: ꝙ
semper fuit binomius ⁊ vocatus sit sp Saulꝰ
⁊ Paulus. Secunda est Rabbani q ait ꝙ añ
ꝯuersionem dictus est Saulus a saule supbo.
post ꝯuersionẽ vero dictus est Paulus quasi
paruulus a virtute humilitatis. Uñ nomẽ su
u3 interpretando prime ad Corinth. xv. ca. ait
Ego su3 minimꝰ aploꝝ. Tertia ẽ opinio Hie/
ronymi ⁊ Bede q asserunt ꝙ vocatꝰ sit Pau
lus a pmo spolio qđ ꝑtulit eccl'ie. s. sergio pau
lo p cõsule quẽ ad fidẽ cõuertit sicut p3 Actu/
um. xiij. ca. Secundo dubitaꝛ circa supbie occa
sionẽ: quare videlicet Paulus erat ita supbus
vt sponte ingereret se ad psequendũ xpm: na3
nõ vocatus accessit ad principẽ sacerdotũ. Et
ad hoc dicere possumus ꝙ tria erant in illo q/
bus disponebaꝛ ad extollendum.
Primum nobilitas generis.
Secundum claritas scientie.
Tertium etas florens.

¶ Primum qđ erat in Paulo fuit nobilitas
generis. Inqt eni Augꝰ in sermone. Erat aũt
Paulus de tribu beniamin. sicut ipse testatur
Et ad romanos. xj. ca. ipse ait. Ego israhelita
sum ex semine abrae de tribu beniamin. Ex q
dicit glo. in ca. venerabilis. de preben. ⁊ digni.
ꝙ fuit nobilis: Tribus vero beniamin satis in
scriptura magnificaꝛ: tũ quia illi in diuisione
terre pmissionis hierl'm fuit distributa: sicut
patet Josue. xviij. ca. tum quia habuit bellato
res strenuos sicut notaꝛ Judicum. xx. ca. tum
etiã qꝛ ex illa tribu fm Hiero. fuerũt p maio/
ri parte inocentes interfecti. Veruntñ pleriq3
mirari solent ex his q audiũt dñ de se Paulus
loquitur. Actuũ nanq3 ca. xx. dixit. Ego sũ vir
iudeus tharso cilitie natus. Et se ad Corinth.
xj. ca. hebrei sũt ⁊ ego. Et Actuũ. xxiij. ca. Pha
riseus inquit sum ⁊ filius phariseoꝝ. Tñ cum
centurio iussisset eũ verberari dixit se ciuẽ ro/
manum: vt habeꝛ Actuũ. ca. xxij. Et idem corã
tribuno ꝯfirmauit. Ad qđ rñdet Nicho. đ lira
sup. xxij. ca. Actuũ: ⁊ sup. iiij. ca. se ad Thimo/
theũ. ꝙ pr Pauli a romãis obtinuerat roma/
nã ciuitatẽ: Jõ cũ tribunꝰ dixiss3. Ego mlta sũ
ma pecunie ciuilitatẽ hanc adeptus sum. Pau
lus respondit. Ego autẽ ⁊ natus sum. Jcirco
Nic. de lira exponẽs illa verba Pauli ad Thi
motheum. Penula3 quã reliqui troade apud
carpum veniens affer tecum ⁊ libros ait. Du3
esset Paulꝰ in carcere Neronis scribebat Thi
motheo vt ferret sibi penulam. Erat aute3 pe/
nula vestis consularis que a Romanis data
fuit patri Pauli in signũ amicitie cũ ipo ⁊ ꝙ

32

esset factus ciuis romanus quā reseruauerat Paulus ob memoriā patris: et in signū q̄ eēt romanus ciuis: si necessitas incūberet hoc ostēdendi. Erat ergo Paulus natione israelita. dignitate romanus ciuis: et religione phariseus ob ista diuina magnanimus erat et audax. Uerum vt ingt Seneca in li. de quattuor virtutibus. Magnanimitas si se supra modū extollit facit virū minacē: inflatū: inquietū et turbidū et in quascūq̄ excellentias dictoꝝ factorūq̄ neglecta honestate festinū. Scdm q̄ erat i Paulo fuit claritas sciētie. Dicit nāq̄ de illo Hieronymus Cur Paulus apl's vas electionis nēpe q: vas legis et scripturaꝝ sanctaꝝ armarium est. Et Actuū. xxij. ca. dixit se eruditū ad pedes Gamalielis. Et ꝑ ad Corinthios. xi. ca. ait. nā et si imperitus sermone: nō tñ scientia. Ut aūt ipse ingt. Scientia inflat. Tertium qd̄ erat in Paulo erat florens etas. Erat quidem adolescens. Unde Actuū. vij. ca. dicit̄. Testes deposuerūt vestimenta secus pedes adolescentis q vocabat̄ Saulus. Et si qs obstaret q̄ potuerit ille fuisse alter qui sic noiaret̄: facili puinci pōt qm̄ Actuū. xxij. ca. Paulus cū humilitate et penitentia loquēs ad dn̄m ait. Cū funderetur sanguis stephani testis tui ego astabā et cōsentiebā et custodiebā vestimenta interficientium illū. Cū ergo esset in etate florenti mouebatur ardenter ad ꝑsecutionē discipuloꝝ. Nā vt ingt Aristo. in. ij. rethorice. Iuuenes sūt cōcupiscitiui talia facere quecunq̄ cōcupiscunt. Ideo valde amant valde desiderant: et similia. Et vt vulgariter dicit̄ in iuuenibus ē recens et et buliens sanguis. Tertio dubitatur de Paulo circa tēporis dilationē: cur. s. tādiu distulit xp̄s vocare illū et nō cum alijs apl'is. Ad qd̄ respōdere possum⁹ q̄ sic factū est ꝑpter tria.
Primo propter xp̄i potentiam.
Secundo propter xp̄i sapientiam.
Tertio ꝑpter xp̄i clementiam.
Primo ꝑpter xp̄i potentiam vt sic ostenderetur q̄ post mortē xp̄s qui surrexit a mortuis potuit inimicos etiam benigne superare. Secundo ꝑpter sapiētiā: vt sic innotesceret multiformis sapiētia dei: qui varios habet vocandi et saluandi modos. Tertio propter clementiam qua voluit vt ois fraudis suspitio tolleretur cōuertendis gentibus: dū talis magister ē electus qui non solū, nō fuisset de socijs xp̄i hic viuentis: imo fuisset acerbissim⁹ ꝑsecutor oim qui inuocabāt nomen eius. Et nullo cōmodo vel incōmodo tp̄ali timore vl' fauore humano fuit ad fidē ꝯuersus et illius nominis qd̄ antea extinguere nitebat̄ defensor fuit validissimus.
¶ Quarto dubitatur de Paulo circa mīe cōsecutionem: quare ꝑsecutus ē miam dei adeo vt in actu furibunde ꝑsecutionis xp̄m viderit et audierit vocantē. Et lz Aug⁹ dicat. Si queris quare hūc trahat: illū nō trahat: noli diiudicare si nō vis errare: nihilomin⁹ rectissime pietas diuina egit cū Paulo dum illum ad se taz mirabiliter traxit propter tria.
Primo propter zelum.
Secundo propter meritum.
Tertio propter exemplum.
Primo propter zelum quo mouebat̄ Paul⁹ ignorās in tali ꝑsecutione q̄ grauiter offendebat: putabat nāq̄ sacrificium se offerre deo si xp̄i nomē deleret. Hoc ipe confirmat ꝑme ad Thi. ꝑmo ca. vbi ait. Gratias ago ei q me confortauit in xp̄o iesu dn̄o nr̄o: q: fidelē me existimauit: ponēs in ministerio qui prius fui blasfemus et ꝑsecutor. Sed miam ꝯsecut⁹ sum qa ignorās feci in icredulitate. Et ad Galathas. ꝑmo ca. ingt. Audistis eni ꝯuersationē meā in iudaismo qm̄ supra modū ꝑsequebar ecclesiaz dei et expugnabā illā: et ꝑficiebaz in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo. abundantius emulator existēs paternaꝝ meaum traditionū. Ut ingt Nichola⁹ de lira super hoc passu. Apud iudeos erant aliqua tradita patribus a moyse. s. que scripta sunt in lege. Et aliqua erant tradita a patribus alijs minoribus q̄ vocabant̄ traditiones senioꝝ. vt p3 Matth. v. ca. et ambaꝝ traditionū erat apl'us zelatissimus ante suā ꝯuersionem. Scdo misericorditer actū fuit cū Paulo propter meritū nā ꝑm Augusti. in sermone. dū Stephanus lapidaret̄ in oratione quā fecit ꝓ his qui ad ei⁹ necem insistebant singulariter orauit ꝓ Paulo quē ꝯspiciebat cōtra se plus ceteris corde et aio deseuire: nō eni poterat manu illū lapidibus duris ferire. quia nō spectabat nisi testib⁹ aliquē lapidare: tñ pau⁹ illoꝝ retinēs vestimēta aiabat eos vt viriliter extinguerēt innocētem. Tertio remissionē et grām inuenit Paulus ꝑpter exemplum: vt sic in ipo tanq̄ in speculo clare peccatores intuerent̄ magnitudinez mie dei. De hoc ꝑme ad Thi. ꝑmo ca. ita scripsit. Fidelis sermo et omni acceptione dignus q: iesus xp̄s venit in hunc mundū saluos facere peccatores quoꝝ ꝑmus ego sum. Sed ideo

misericordiã ↄsecutus sum vt in me ꝑmo ostẽderet xp̄s iesus oẽm pacientiã ad informationem eoꝝ q crediturí sunt illi in vitã eternam. ¶ Quito dubitaẗ circa liberi arbitrij dispositionẽ: an videlicet fuit libeꝝ arbitriũ eius violẽtatũ. Ad qđ intelligendũ notanda est illa sentẽtia dñi Bonauẽ. in. ij. di. xxv. de qua plene dixi in quadragesimali de penitẽtia sermone ꝑmo. ꝙ aliud est voluntatẽ induci: aliud voluntatez mutari: aliud volũtatẽ cogi. Tũc enĩ induci dicitur qñ aliqua ꝑsuasio ei fit qua disponiẗ vt ad aliqđ appetibile inclineẗ: q̃ si valde intẽsa ẽ nomẽ coactionis sortiẗ: quãuis nõ sit vera coactio. Tũc aũt voluntas mutaẗ qñ ipa nolente vim potenti virtute affectio ei ĩmittiẗ in ↄ̃triũ ⁊ de nolẽte fit volẽs: ita ꝙ vna affectio expellitur ⁊ ↄ̃tria induciẗ. Sicut cũ deꝰ amatorẽ tpaliũ facit tpaliũ ↄtẽptorez. Tũc aũt volũtas dicitur cogi qñ intelligiẗ ipsaz inuitã aliquid velle ⁊ repugnãte actu voluntatis deliberatiuo: aliena virtute mouẽte ⁊ repugnãtia manente ad aliquid inclinari nolẽdo. Volũtas igiẗ cogi nõ põt ab aliquo: sed induci ab agente creato: ⁊ mutari valet ab agente increato. Quare et liberũ arbitriũ Pauli nõ fuit coactũ: sed bene imutatũ: ⁊ de nolente factũ ẽ volens. ¶ Sexto dubitatur circa discipuloꝝ distinctionẽ. Naz diciẗ ꝙ Paulus ꝑsequebatur discipulos. Ex hoc querunt aliqui: qui erant isti discipuli. Et dicit Nicholaus de lira ꝙ erant oẽs credẽtes in xp̄m. Nã discipuli aliquando dicunẗ duodecim apl'i: sicut ibi Matthei. xix. ca. Assumpsit iesus duodecim discipulos suos ⁊c̃. Aliquãdo septuagitaduo. sicut Luce vltimo. Duo ex discipulis ibant ipsa die ⁊c̃. Aliquãdo oẽs fideles: nã vt Eusebius tradit in historia ecclesiastica. ⁊ habeẗ insup Actuũ. xj. ca. Anteq̃ȝ eccl'ia cõgregareẗ Antiochie: oẽs credẽtes discipuli noíabantur. At vbi credentiũ numerꝰ ibi multiplicatꝰ fuit: xp̄iani noíari ceperũt. ¶ Septio dubitaẗ circa potestatis acceptionẽ. Quõ cuȝ iudei nullã haberẽt potestatẽ Paulus potuit a principe sacerdotũ illã impetrare. Ad qđ respondet Nicholaus de lira. ꝙ iudei habebant potestatẽ subdelegatã a romanis ꝓ criminibꝰ in legẽ coꝝ cõmissis. Nã Stephanũ more iudiciario lapidasse dicunẗ: qñ testes depositiˢ vestibus lapidabãt eũ. Et in hoc seruabant ordinez iudicij in lege statutũ ꝙ. s. testes ẽent ꝑmi lapidatores. Dũ itaq̃ȝ Paulus videbat q̃ fiebant per apostolos timẽs antiquã legẽ in qua nutritus erat euacuari: ira succensus litteras ĩpetrauit: aduocauitq̃ȝ famulos ⁊ socios negocij sui. Eamus ingt fratres eamus cõcito gressu' in damascũ: inueniemus ibi illos destructores nostraꝝ traditionũ: ligabimus eos affligemusq̃ȝ verberibus ⁊ ieiunijs atq̃ȝ in hierl'm ꝑducemus. O Paule quid cogitas? O Paule quid loqueris? O Paule cur tanto indiscreto feruore moueris? Tu capere ꝓponis ⁊ eris captus. Tu ↄ̃ discipulos paras manũ. Et deꝰ manu sua te trahet ad gremiũ discipuloꝝ. Et nomen xp̄i confundere satagis: ⁊ nescis adhuc ꝙ in breui pro noĩe illo paratissimus eris ligari ⁊ mori: non est consiliũ contra dñm.

¶ De ↄuersione Pauli ⁊ septẽ mirabilibus q̃ concurrerunt in illa. ¶ Capitulum. ij.

Secundũ mysteriũ ↄtẽplandũ de Paulo dicitur ↄuersionis. Fuit quippe cõuersio eius miranda ⁊ singularis maxime propter septem que ibi cõcurrerunt.

Primum fuit illustratio.
Secundum prostratio.
Tertium allocutio.
Quartum excecatio.
Quintum visitatio.
Sextum illuminatio.
Septimum confortatio.

¶ Primũ qđ ↄcurrit in ↄuersione Pauli dicitur illustratio. Diciẗ enĩ Actuũ. ix. ca. Cuȝ iter faceret contigit vt appropinquaret damasco Remigius inquit. Damascus est ciuitas metropolis sirie quã edificauit Damascus Helieçer seruus Abrae. Sequitur textus. Et subito circũfulsit eũ lux de celo. De ista luce posset quis asserere ꝙ fuerit irrũpentis aurore vel solis oriẽtis ⁊ huiusmodi. Sȝ ꝑfecto ipse Paulus: cuius fuit ↄditiõis ⁊ quo tp̄e visa sit apertissime declarauit. Actuũ. xxvj. ca. Loquẽs nãq̃ȝ cum Agrippa dixit: dum irem Damascuȝ cũ potestate ⁊ ꝑmisso principũ ⁊ sacerdotũ die media in via vidi o rex supra splendorez solis circũfulsisse me lumẽ ⁊ eos q mecũ erãt. Actuum vero ca. xxij. dixit ꝙ lux illa fuit copiosa. ¶ Scđm qđ concurrit in ↄuersione Pauli dr̃ ꝓstratio. Cecidit enĩ in terraȝ vt pȝ Actuũ. ix. ca. Et ca. xxvj. Paulus retulit. Omnesq̃ȝ nos cũ cecidissemus in terrã quare videẗ ꝙ ⁊ socij eius fuerunt ꝓstrati versus faciẽ scđm glosaȝ ¶ Tertiũ qđ in tali ↄuersione cõcurrit dr̃ allocutio: nã audiuit vocẽ loquentẽ idioma hebreum vt scribiẗ Actuũ. xxvj. ca. ⁊ dicentẽ. Saule

ſaule cur me perſequeris. Hec vox fuit primo
reprehenſiua eo ꝙ Saulus ꝑſequebaṫ xp̄m in
mēbris ſuis. Sc̄do fuit inſtructiua. Querenti
enī qs es dn̄e: rn̄dit xp̄s. Ego ſum ieſus naçare
nus quem tu ꝑſequeris. Ubi nota ꝙ q2 ex luce
ſūma ⁊ ex alto ſitu celi in q̄ ⁊ ī q̊ ſibi apparebat
⁊ exinde ſaulū ⁊ ei9 ſocios terribiliter ꝓſternē/
te: aperte ſe ingerebat ei maieſtatiuū ⁊ oīpotē
tem. Ideo ſuā humilē originē ſc̄dm quā3 fuit
naçarenus .i. in naçareth cōceptus ⁊ nutritus
ei in ſua reuelatione ſpecialiter exprimit: vt
oſtendat ꝙ ille idē q fuit inter iudeos humilis
eſt ad celos in tāta gloria tanq3 dei filius exal
tatus. Propterea xp̄s ſubdidit: durū eſt tibi ꝯ
ſtimulū calcitrare .i. potētiori te incōꝑabiliter
reſiſtere. Tertio vox illa ⁊ allocutio fuit ꝑcepti
ua. Tremens quippe Paul9 ac ſtupens de co
gnita xp̄i poteſtate ac maieſtate: tot9 cōpunct9
dixit. Dn̄e quid me vis facere? quaſi dicat ex
nunc paratus ſum tibi in oībus obedire. Cui
chriſtus. Surge ⁊ ingredere ciuitatē ⁊ dicetur
tibi quid te oporteat facere. Socij aūt ſtabant
ſtupefacti: audiētes quidē vocē neminē aūt vi
dentes. Hic aliq̄ntiſꝑ immorandū ē: qm̄ Actu
um .xxij. ca. Paulus dixit. Et qui mecū erant
lumen quidē viderūt: vocē tn̄ nō audierūt ei9
q loquebaṫ mecū: videṫ ꝙ hic ſit aliqua cōtra/
dictio quia prius diciṫ ꝙ audierūt vocē: poſtea
Paulus affirmabat cōtrariū aſſerēs ꝙ voce3
nō audierūt. Ad hoc ita loquiṫ Beda ſuꝑ act9
apl'or3: ꝙ cōfuſum vocis ſonū: nō aūt articu/
lata3 eius diſtinctionem audierūt. Et cōſimi/
liter viderūt lucē a xp̄o irradiantē: nō aūt ſui
corꝑis formā ⁊ faciē. Paul9 vero ⁊ vidit xp̄m
⁊ diſtincta verba ei9 audiuit. ¶ Quartū qd cō
currit in illa ꝯuerſione diciṫ corporis excecatio
Surrexit aūt Saul9 de terra apertiſq3 oculis
nihil videbat. Ad manus itaq3 ſocij trahentes
illū introduxerūt Damaſcū. Et erat ibi tribus
diebus nō videns ⁊ nō mādncauit neq3 bibit
In hoc triduo ait Beda Paulū orationi va/
caſſe: fuiſſeq3 raptū vſq3 ad tertiū celū. Idē re/
fert Nicholaus de lira ſuꝑ ſc̄da ep̄la ad Corin
thios ca. xj. Sunt aūt Bede venerabilis v̄ba
huiuſmodi: apparet ꝙ ꝑ triduū quo creatus lu
cis grām expectabat nō ocijs torpebat: ſ3 diui
na potius illuſtratione ſublimatus archana ce
leſtia rimabaṫ. Eſtq3 niſi fallor credibile: ꝙ co
tpe myſteriū euāgelice diſpēſatōis edoct9 fue/
rit de q̊ ipe gloriaṫ ad Galathas dicēs. Neq3
enī ego ab hoīe accepi illud neq3 didici: ſed per

reuelationē ieſu xp̄i: hec ille. ¶ Quītū qd cōcu
rit in ꝯuerſione Pauli fuit eius viſitatio. Nā
inſtruxit xp̄s ananiā vt Paulū viſitaret: ſcri/
bitur enī Actuū .ix. ca. ſic. Erat aūt quidā diſci
pulus Damaſci noīe Ananias hic vt habetur
Actuū .xxij. ca. erat de iudeis ad xp̄m cōuerſus
ſcientia ⁊ vita famoſus. Et dixit ad illū in viſu
dn̄s. Anania. At ille ait. Ecce ego dn̄e. Et dn̄s
ad eū. Surge vade in vicū qui vocaṫ rectus: ⁊
quere in domo iude Saulu3 noīe tharſenſem.
Ecce enī orat ⁊ vidit id eſt ſibi reuelatū eſt: vir3
ananiā noīe: nā reuelatio fuit facta Paulo nō
ſolū de ꝑſona ſed de ꝓprio noīe: introeuntē et
imponentē ſibi manū vt viſū recipiat. Timēs
Ananias reſpondit: dn̄e audiui a multis de vi
ro hoc quāta mala ſctis tuis fecerit in hierl'm
⁊ quare huc ſe ꝯtulit? Cui deus. vade Anania
qm̄ vas electionis ē mihi: vt portet nomē meū
corā gentibus ⁊ regibus. Ego aūt oſtendā illi
quanta oporteat eū pati ꝓ noīe meo. Et abijt
Ananias ⁊ introiuit in domū ⁊ imponens ei
manum dixit. Saule frater dn̄s ieſus ad te me
miſit qui apparuit tibi in via qua veniebas vt
videas ⁊ implearis ſpiritu ſancto. ¶ Sextū qd
ꝯcurrit in cōuerſione Pauli fuit illuminatio.
Confeſti nāq3 ceciderūt tanq3 ſquame ob ocu
lis eius ⁊ viſu3 recepit: ⁊ ſurgens baptiçatus ē
¶ Septimū qd ꝯcurrit ī illa ꝯuerſiōe fuit ꝯfor
tatio. Cū accepiſſet cibū ꝯfortatus ē duplici cō
fortatione .ſ. corꝑis ⁊ ſp̄us. Qd patet q2 ꝯtinuo
ingreſſus in ſinagogas predicabat ieſum ⁊ iu/
deos viriliter cōfundebat. Hec oīa facta ſunt
eodē anno quo chriſtus paſſus eſt ⁊ Stepha/
nus lapidatus: nam chriſtus octauo kalendas
aprilis paſſus eſt. Stephan9 eodē anno tertio
die auguſti lapidatus eſt. Paulus v̄o octauo
kalendas februarij ꝯuerſus ē. Et vt refert Ni
cholaus de lira: nō ſtatim poſt baptiſmū ſuu3
iuiṫ de Damaſco in hieruſalem: ſicut ipſe dicit
ad Galathas primo ca. Sed pri9 abijt in ara/
biam: qua luſtrata predicando reuerſus ē Da/
maſcum. Et in iſta reuerſione voluerunt eum
iudei capere: ⁊ per murum euaſit ſubmiſſus in
ſporta: deinde iam tribus annis a ſua conuer/
ſione decurſis aſcēdit in hieruſalē videre Pe/
trum ⁊ manſit apud eum diebus tribus. Ubi
ſunt o Paule dure comminationes tue? Ubi
cōtumelioſa verba quibus diſcipulos afficie/
bas? Ubi cathene quas deferebas vt vinctos
illos in hieruſalem perduceres? Mutat9 es in
alteꝝ viꝝ. Hec vtiq3 ē mutatio dextre excelſi.

Fact⁹ es euãgelica tuba: xp̄i p̄reco ꝛ inuictissi/
mus miles religionis xp̄iane. Nō times labo/
res: nō horres pericula: nō vitas plagas: nō fu
gis mortē. Tu ꝓ xp̄o vt ẜc ad Corinth. ca. xj.
patet fuisti in laborib⁹ plurimis. Tu in carce/
ribus abundãtius. Tu in plagis supra moduz
O quãta ꝯstantia: quãtaue fuit ei⁹ aĩe fortitu/
do. A iudeis quinquies quadragenas vna mi/
nus accepit. Refert Nicholaus de lira sup̄ h̄
passu. q̄ Deuterono. xxv. ca. cõmittit̄ iudicib⁹
vt ꝓ minoribus culpis ꝓ quibus mors nō est
inferenda imponãt plagas ꝛ verbera: ita tñ q̄
quadragenariũ numerũ ictum nō excedãt. Sa
pientes vero iudeoꝝ ad p̄tendendũ pietatẽ or
dinauerunt: q̄ de illo numero aliquid minuere
tur plus vel min⁹ ꝓut rõnabiliter videretur
rõne delicti vel ꝯditionis verberandi: ꝛ sic de
alijs circũstantijs. Quia xp̄o Paulus erat eis
odiosus subtraxerũt de dicto numero quinqui
es vnũ ictũ ꝓ vice qualibet. Ter virgis cesus
fuit. sicut patet Actuũ. xvj. ca. Semel lapidat⁹
fuit in ciuitate lichaonia: vt ponitur Actuum.
xiiij. ca. Ter naufragiũ fecit. Et ne singula repe
temus pro xp̄o in vrbe maxima capitis trũca/
tione gloriosum martyriũ consũmauit.

¶ De raptu Pauli in quo vidit essentiã dei: ꝛ
de conditionibus illius raptus. Capitulũ. iij.

TErtium mysteriũ ꝯtẽplanduz de Paulo
dicit̄ visionis. Voluit quidẽ benign⁹ de⁹
ex p̄uilegio speciali cõcedere Paulo vt in suo
raptu diuinã essentiaz videret: de quo ip̄e ita
scribit ẜc ad Corinthios. ca. xij. Scio hoĩem in
xp̄o ante annos quattuordecim siue in corpore
siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit raptũ huiusmo/
di vsq̄ȝ ad tertiũ celũ. Et scio huiusmodi hoĩez
siue in corpore siue extra corpus nescio de⁹ scit
qm̄ raptus ẽ in paradisum ꝛ audiuit archana
dei que ñ lȝ homini loqui. Pro quoꝝ verboꝝ
declaratione notãde sunt septẽ theologice ve/
ritates. Prima veritas scđm Nicholaũ de li/
ra sup̄ isto passu. Q̄ raptus ꝓprie ip̄ortat quã
dam violentiã alicuius rei ꝯ motũ naturalem
sibi: qđ pōt esse dupplicit̄er. Vno modo quãtũ
ad terminũ motus vt si lapis moueat̄ sursum
Alio modo quãtũ ad modũ motus vt si lapis
per impulsum violentũ ferat̄ deorsum veloci⁹
q̄ȝ natus est moueri. Sic aĩa hoĩs dicit̄ rapi in
id qđ ẽ p̄ter naturã. Vno modo quãtũ ad ter/
minũ rapt⁹ puta qñ rapit̄ ad penas. Alio mō
quãtũ ad modũ hoĩ ꝯnaturalẽ. Et sic lȝ aĩa na
ta sit moueri in deũ: tñ modus ꝯnaturalis ẜm
statũ vite p̄sentis ẽ q̄ in cognitionẽ diuinam
ascendat p̄ cognitionẽ sensibiliũ ꝛ sic vtẽs sen
sibus: iō qñ ducit̄ in cognitionẽ diuinoꝝ a sen
sibus abstractã dicit̄ rapi: inquãtũ hoc fit p̄ter
modũ sibi ꝯnaturalẽ. Post resurrectionẽ xp̄o
qñ erit in corpore glorioso op⁹ intellectiue nul
lo modo impediẽte raptus nō habebit ibi locũ
¶ Scđa veritas q̄ Paul⁹ in raptu vidit eẽn/
tiam diuinã: sicut determinat Aug⁹. ad paulã
de videndo deũ: ꝛ in. xij. sup̄ Genesim ad lr̃aȝ
qđ ꝛ verba apl̄i designãt: dicit eñ se audiuisse
ineffabilia verba q̄ non lȝ hoĩ loqui: huiusmoĩ
aũt vident̄ ea que p̄tinent ad visionẽ beatoruȝ
que excedit statũ vie: ẜm illud Isaie. lxiiij. Ocu
lus nō vidit de⁹ absq̄ȝ te q̄ preparasti diligen/
tibus te. Quare spernẽdi sunt illi qui dixerunt
Paulũ non vidisse ip̄am dei eẽntiã: sȝ quãdaȝ
refulgẽtiã claritatis ip̄i⁹. ¶ Tertia veritas ẜȝ
Tho. ẜa ẜe. q. centesima. lxxv. q̄ diuina eẽntia
videri ab intellectu creato nō pōt nisi p̄ lumen
glorie: qđ tñ dupliciter p̄ticipari pōt. Vno mō
per modũ forme immanẽtis ꝛ sic beatos facit
sanctos in patria. Alio mō p̄ modũ cuiusdam
passionis trãseuntis: ꝛ hoc modo lumẽ fuit in
Paulo qñ fuit raptus. Et iō ex tali visiõe nō
fuit simpliciter beatus vt fieret redũdantia ad
corpus: sȝ solũ ẜm quid. Et sic nō fuit beat⁹ ha
bitualit̄ sȝ solũ habuit actũ beatoꝝ. ¶ Quarta
veritas q̄ noĩe tertij celi pōt intelligi aliq̄d cor
poreum: ꝛ sic tertiũ celũ est empirreũ qđ dicit̄
tertiũ respectu celi aerei ꝛ celi siderei: vel respe
ctu celi siderei: ꝛ respectu celi aquei siue cristal/
lini. Et dicit̄ raptus ad tertiũ celũ: nō q̄r rapt⁹
sit ad videndũ similitudinẽ alicui⁹ rei corporee
sed p̄p̄ h̄ q̄ locus ille est ꝯtẽplatiõis btõꝝ. Ibi
ergo dicit se raptũ q̄r de⁹ ostendit ei vitã in q̄
videndus ẽ in eternũ. Et q̄r visio dei nō potest
eẽ sine delectatiõe: ꝓpterea nō solũ se dicit ra/
ptum ad tertiũ celũ rõne contẽplationis sȝ ẽt
in paradisum recte delectationis consequẽtis.
¶ Quita veritas q̄ Paul⁹ in raptu fuit a sen
sibus alienat⁹. Nã vt inq̄t Aug⁹. xij. sup̄ Ge/
nesiȝ ad lr̃aȝ. Nisi ab hac vita q̄sq̄ȝ quodãmō
moriat̄ siue omnino exiens de corp̄e siue auer/
sus ꝛ alienat⁹ a sensibus in illã nō subuehitur
visionẽ. Rō est ẜm Tho. q̄r oportet cũ intelle/
ctus hoĩs eleuat̄ ad altissimam dei eẽntie visio
nem: vt tota mentis intentio illuc aduocet̄ ita
s. q̄ nihil intelligat aliud ex fantasmatib⁹: sed
totaliter feratur in deuȝ. Non enim per aliqđ
fantasma pōt dei eẽntia videri quinimmo nec

per aliquam speciem intelligibilem creatã: qr
essentia dei in infinitũ excedit nõ solũ oĩa cor
pora quorũ sunt fantasmata: sed ẽt oẽm intel-
ligibilẽ creaturã. Ideo impossibile est ꝙ hõ i
statu vie videat deũ ꝑ essentiã sine abstractõe
a sensibus. Notandũ tñ ꝙ aĩa xp̃i in statu vie
videbat diuinã essentiam absq3 abstractiõe a
sensibus. nam intellectus illius aĩe erat glori-
ficatus ꝑ habituale lumen glorie quo diuinaz
essentiã videbat multo amplius q̃3 aliquis an
gelus vel hõ. Erat ãt viator ꝛ dispẽsatiue pa
tiebaṫ nõ ꝓpter aliquẽ defectuz ex parte intel
lectus. Ideo nõ est similis rõ de eo ꝛ alijs via
torib9. ¶ Sexta veritas ꝙ paulus postq̃3 ces-
sauit videre deũ ꝑ essentiã memor fuit illoruz
que in illa visione cognouerat ꝑ aliq̃s species
intelligibiles habitualiter ex hoc in eius intel
lectu relictas: sicut ẽt abeũte sensibili remanẽt
alique impressiones in aĩa quas postea cõuer
tens ad fantasmata memoraṫ. Vñ nec totam
illam cognitionẽ aut cogitare poterat aut ver
bis exprimere: hec Tho. ẞa ẞe. q. vbi sup̃ arti.
iiij. in rñsione ad tertiũ argu. ¶ Septima ve
ritas ꝙ l3 aĩa pauli fuerit a fantasmatibus ꝛ
sensibiliũ perceptione abstracta: nõ tñ fuit ita
a corpore sepata vt ei nõ vnireṫ quasi forma.
l3 de hoc dubitari possit ꝓpter ipsi9 apl'i ver
ba qui ait: siue in corpore siue extra corpus
nescio deus scit. Hoc ãt vt Hiero9 ait in ꝓ
logo sup̃ Danielẽ. quidã intelligere voluerũt
ꝙ apl'us ignorabat an corpus eius fuerit ra-
ptũ simul cũ aĩa vel nõ. Sed Aug9. xij. super
Genesim ad l'ram dicit. ꝙ apl'us sciuit se fuis
se raptũ ẞm aĩam ꝛ nõ ẞm corpus: nesciuit tñ
qualiter aĩa se haberet ad corpus. Vñ post lõ
gam inquisitionẽ: Aug9 concludit dicenſ. Re
stat fortasse vt hoc ipsũ eũ ignorasse intelliga
mus. vtrũ qñ in tertium celũ raptus est in cor
pore fuerit aĩa: quõ est aĩa in corpe cũ corpus
viuere dr̃: siue vigilantis: siue dormiẽtis: siue
in extasi a sensibus corpis alienati: an oĩno de
corpore exierit vt corpus mortuũ iaceret. S3
vt idẽ Aug9 postmodũ refert dubitante apl'o
quis vr̃m inde certus esse potuit. vñ qui sup̃
hoc loquiṫ magis cõiecturaliter q̃3 ꝑ certitudi
nẽ loquiṫ. Ex his apparet q̃3 reprehensibiles
inueniunṫ hi qui bonorũ tpaliũ falsa veneno
saq3 dulcedine decepti: alienã vitã felicitatẽ
q3 ꝓmissã: aut negant aut acquirere nolũt. O
q̃3 magna multitudo dulcedinis tue deus. O
iocunda facies tua ꝛ decora nimis. O beati q
habitant in domo tua. O ostẽdisti te paulo do
ctori gentiũ: sicut ꝛ moysi primo doctori iude
orũ. Voluisti vt ille a te electus nõ solũ audita
sed visa referret. Et vnde in ea tantus feruor
tanta constantia: tanta solicitudo: tãta diligẽ-
tia: tanta deniq3 patiẽtia: nisi qr te viderat in
via cui te exhibuisti ẞm humanitatẽ l3 imensa
luce rutilantẽ. Et tandẽ ad tertiũ celum rapto
demonstrare dignatus es diuinitatẽ tuã. cla-
mat paul9. Cupio dissolui ꝛ esse cũ xp̃o. Et mi
hi viuere xp̃s est ꝛ mori lucrũ ad Philippen.
i. ca. Cur o paule nisi qr illa est vera vita illa q-
eta: illa tranquilla: illa pacifica: illa deliciosa: il
la perpetua: illa deniq3 oĩbus bonis repleta q̃
sequiṫ post mortẽ ꝓ xp̃o: ꝛ ad quã ꝑuenire nõ
possũt nisi qui moriunṫ cũ xp̃o. Hanc paulus
predicauit: hanc desiderauit: hanc tandẽ glori
ose adept9 est. Ad quã nos ꝑducat iesus fili9
dei q viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo trigesimustertius de primatu sãcti
petri apl'i ꝛ de illius eximijs virtutibus atq3
de ipsius petri et pauli martyrio.

Tu es petrus Verba sũt
redẽptoris
nr̃i originalit Matth. xvi. ca. ꝛ i euã
gelio p̃ntis solẽnitatis. Rutilantia fi
dei xp̃iane miracl'a satis i vrbe maria claruerũt
Inĩ q̃ illud vnũ ꝑadmirãdũ fuit ꝯuersio vide
licet gentiũ Romanorũq3 ciuiũ facta ꝑ apl'o-
rum petri ꝛ pauli predicationẽ. Erant ibi tot
supstitiones noxie: tot ad ydola vana ꝛ ad de-
mones sacrificia: tot extructa artificio mirabi
li templa falsorum deorum ꝛ alia huiusmodi:
que oĩa petro ꝛ paulo predicãtibus defecerũt
Ibi nunc coliṫ crucifixus deus ꝛ homo veruſ
qui sedet ad dexterã patris. Ibi sacra templa
dei veri ꝛ virginis matris: aploꝝ: martyrum
virginum ꝛ confessorũ a cunctis fidelibus fre
quentantur. Ibi sedes petri a cunctis fidelib9
regibus ꝛ principibuſ deuotione precipua ho
noratur. Ob quod leo papa in sermone festi-
uitatis hodierne ita eleganter romam alloqui
tur. Omnium quidem sanctarum solennita-
tum charissimi totus mundus est particeps:
ꝛ vnius fidei pietas exigit vt quicquid pro sa
lute vniuersorum gestum esse recolitur: com-
munibus vbiq3 gaudijs celebretur. Veruntñ
hodierna festiuitas preter illam reuerentiam
quam toto terrarum orbe promeruit speciali
ꝛ propria nostre vrbis exultatione venerãda
est vt vbi precipuorũ apostolorũ glorificat9 ẽ

exitus:ibi in die martyrij eoꝝ sit leticie princi
patus. Isti sunt enim viri ꝑ quos tibi euange
liū xp̄i roma resplenduit: ⁊ que prius eras ma
gistra erroris: facta es discipula veritatis. Isti
sunt sancti patres tui veriq; pastores: qui te
regnis celestibus inserendā multo meliꝰ mul
toq; felicius condiderunt q̄ȝ illi quorū studio
prima meniū tuorū fundamenta locata sunt:
e quibus is tibi nomen dedit qui te fraterna
cede fedauit. Isti sunt qui te ad hanc gloriam
ꝓuexerunt vt sis ciuitas sacerdotalis ⁊ sācta:
⁊ ꝑ sāctā beati petri sedem caput totius orbis
effecta latius presidens religiōe diuina q̄ȝ do
minatōne terrena. Q̄uāuis enim ius imperij
tui terra mariq; distenderis: minus tñ est q̄d
tibi bellicus labor subdidit q̄ȝ q̄d pax xp̄iana
subiecit: hec Leo. Ut aūt tantoꝝ beneficiorū
veritatē plenius agnoscamꝰ de ipso ap̄loruȝ
principe petro principaliter: ⁊ demū de ipso ⁊
paulo in hoc sermone verba faciemꝰ. Dicere
quidē possumus cū xp̄o verba ꝓposita. Tu es
petrus. i. inter apostolos confessor fidei singu
larissimus qui ⁊ vrbi ⁊ toti mūdo lumen euā-
gelicū ꝓtulisti: vbi de ipso sanctissimo petro
tria mysteria porponimus contemplanda.
Primū dr̄ preeminentie.
Scd̄m refulgentie.
Tertiū patientie.
¶ Q̄ beatissimus petrus princeps ap̄loꝝ fu-
it ⁊ dignissimū caput ecclesie. ¶ Capitulum. j.

PRimū mysteriū contēplandū de beato
petro dr̄ preeminentie: In quo cōsidere
mus dignitatē eius ex eo q̄ fuit princeps ⁊ ca
put ap̄loꝝ: q̄d ꝓbare possumus tripliciter.
Primo rōne testificationis.
Scd̄o rōne ordinationis.
Tertio rōne exercitationis.
¶ Primo probamus petrū fuisse ap̄loꝝ ca-
Cum ꝙo cepisset grauius infirmari petijt sa
cramenta ecclesie: cunqꝫ deportatum fuissent
illa accepit ⁊ post modicum cum laude ⁊ bene
dictione dei sancta illa aĩa faciliter discessit a
corpore que ab angelis ad superos fuit delata
ipsum ꝙo corpus in eodem monasterio sepul
tum honorificentissime: ad cuius exequias
multi nobiles ac religiosi tam predicatores
qꝫ minores ac alij conuenerunt: nec defuit ibi
virtus diuina in miraculorum operatione
quando superior dicti monasterij patiens in

oculis cōmendansq; se thome liberatus est. Et qdā frater petrus: qrtanā patiens: meritis hui⁹ sanitatē recepit. sicq; ⁊ alij plurimi bñficia sanitatis impetrarūt. igit hunc sctūm pio veneremur affectu. qui nūc in celis cū xp̄o letatur p infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadragesimusoctauus de sancto nicholao famosissimo confessore

In diebus suis placuit deo. ex lib. ecclesiastici assumitur hec verba sctā ecclesia originaliter ibi .xliiij. ca. descripta. maximo otio sūmoq; studio vnusqsq; laborare dz vt placeat in oibus vijs suis altissimo creatori nr̄o qm̄ eos qui student suā volūtatē implere ⁊ in hoc cōplacere maiestati sue: nō solū in futura immortali vita. verūetiā ⁊ in p̄nti seculo: sublimiter magnificat ⁊ exaltat. quisnā explicare queat quanta sit beatissimi nicholai gloria. nō solū in illa societate sctōꝝ vbi par ē pfecta: ⁊ possessio secura indeficiētis boni sed adhuc in ecclesia militante: vbi spe currimus ad hereditatē pmissā. vbiq; pfecto celebre est nomē sctissimi nicholai. vbiq; illius miracula fulgēt vbiq; tādē a fidelib⁹ deuotōe singularissima colit: qr vero ei⁹ hodierna die festū celebrat equū eē censui ad ei⁹ ingentes amplissimasq; laudes porandas cū dei adiutorio oēm dare operaz. de quo dicunt verba in themate posita q in diebus suis placuit deo. Et lz hoc fuerit pp plurimas virtutes suas tñ ex illis tres precipuas colligemus quas explicare sigillatim curabimus.

Prima dr prudentia spūalis.
Scda misericordia proximalis.
Tertia obseruantia pastoralis.

¶ Qualiter btūs nichola⁹ placuit deo pter prudentiā spūalem qua spreuit terrena ⁊ celestia concupiuit. ¶ Capitulum .j.

Prima bti nicholai virtus q̄ placuit deo dr prudentia spūalis. de hac dixit sapiēs Prouerbioꝝ .iiij. ca. In oi possessione tua acquire prudentiā. Et .xvi. ca. acquire prudentiā qr preciosior est argento. Et xp̄s Matthei .x. ca. Estote prudētes sicut serpentes. est autē hec prudentia vt docet Aristo. in .vi. Ethico. Recta rō agibiliū: qua hō in quibuscūq; agēdis finē cōsiderat: atq; ad illū media cōueniētia accomodat ⁊ disponit. qr vt Boetius inqt in .ij. de cōsolatione. qd ante oculos situ est nō sufficit intueri. rerū exitus prudentia metitur tñ vt ait Tho. sa se. q. xlvij. triplex prudentia distingui potest.

Prima est falsa.
Scda vera.
Tertia perfecta.

¶ Prima est prudentia falsa p similitudinez dicta que in malis ⁊ peccatoribus reperitur. ⁊ de hac xp̄s Luce .xvi. ca. dicit. filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiōe sua sūt ⁊ paulus ad Romanos .viij. ca. Prudentia carnis mors est. Cū eni prudens sit qui bñ disponit que sunt agenda pter aliquē bonū finem. Ille qui propter aliquē malū finē aliqua disponit congruentia illi fini habet falsā prudentiā inquātū illud qd accipit p fine. non est verū bonum sed fm similitudinē. sicut dr aliquis bonus latro. hoc eni modo potest fm similitudinem dici prudens latro. qui cōueniētes vias inuenit ad latrocinandū. ¶ Scda est prudentia vera. sed imperfecta. q̄ inuenit vias accomodas ad finē bonum sed est imperfecta dupliciter. Vno modo qr illud bonū quod accipit pro fine nō est cōmunis finis totius humane vite. sed alicuius specialis negocij puta cū aliquis adinuenit vias accomodas ad nauigandū vel negociandū dicit prudens nauta vel negociator. Alio modo prudentia dr imperfecta qr deficit in principali actu prudētis. puta cū aliquis bñ cōsiliat ⁊ recte iudicat de his que pertinent ad totam vitam. sed nō efficaciter percipit. ¶ Tertia est prudentia vera ⁊ pfecta. Et hec est que recte consiliatur ⁊ recte iudicat ad bonum finem totius vite ac etiam pcipit. Et hec in solis bonis reperitur. de hac dicit sapiens Prouerbiorum .i. ca. Prudentia seruabit te vt eruaris a via mala. hec autez in paucissimis reperitur. qm̄ oēs pro maiori pte solliciti sunt de terrenis ⁊ tpalibus bonis. de quibus dr Baruth .iij. ca. Exquisierūt prudētiam q̄ de terra est. Et de celestibus aut nulla aut modica est illis cura. Hi sunt qui in die iudicij videntes electos ⁊ amicos dei affluere oi bonorum copia. Et seipsos considerātes eternis fore deputatos supplicijs dicēt illud Sapientie .v. ca. Nos insensati vitam illoꝝ estimabamus insaniam: ⁊ finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos sors illorum est. Propterea beatus Nicholaus prudētiam veram spiritualem ⁊ perfectam sectatus est. nam ex

diuitibus et sanctis parentibus originē duxit. Cuius pater epifanius mater ioāna ex ciuitate patere ciues cū in primo iuuentutis sue flore eum genuissent cōtinenter viuentes celibē vitam duxerunt. Hic prima die dū balnearet erectus stetit in pelui. insup quarta et sexta feria semel tm̄ suggebat vbera. Factus autē iuuenis aliorū iuuenū deuitans lasciuias ecclesiarū potius terebat limina. Et quicqd ibidē de sacra scriptura itelligere poterat memorie retinebat. Parentibus vero defunctis non cogitauit vxorē ducere non multiplicare diuitias nō satisfacere corporis voluptati: sed qualiter tanta diuitiarū copiam: nō ad laudē humanā sed ad laudem dei dispensaret: vt sic thesaurizaret thesauros in celo: iuxta preceptū saluberrimum nr̄i saluatoris Matthei. vi. ca. Nolite inquit thesaurizare vobis thesauros in terra vbi fures effodiūt et furāt: thesaurizate vobis thesauros in celo quo fur nō appropiat neq̄ tinea demolit. Ad bona igit sempiterna dedicauit aīū et pro illis adipiscendis oēm adhibuit diligentiam.

¶ Qualiter sctūs nicholaus ex misericordia subuenit ciui pauperi qui tres filias nuptui tradidit propter elemosinā quā nicholaus fecit. ¶ Capitulum. ij.

Secunda bti nicholai virtus: qua placuit deo: dr̄ misericordia proximalis. de hac redemptor mūdi dixit. Matthei. v. ca. bti misericordes qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Hanc Hieron. cōmendauit in ca. qui clementiam. lxxxvi. di. vbi ait. Qui clementiā non hz nec indutus est viscera misericordie q̄uis spiritualis sit nō adimplet legem xp̄i. Et Ambro. eadem di. ca. in singulis inquit. Misericordia cōmunis est vsus: iō cōmune preceptū oībus officijs: omnibus etatibus necessaria: et ab oībus deferenda. Non publicanus: nō miles excipit: non agricola: nō vrbanus diues et pauper oēs in cōmuni admonent: vt cōferant nō habenti. Hanc misericordiā in se fuisse btūs nicholaus apertissime demonstrauit: dūm elemosinā indigenti et in extrema necessitate posito vicinio suo benigne tribuit: habebat ille tres filias virgines q̄s pre inopia, pstituere cogebat vt sic infami earū cōmertio aleret. Qd̄ vt ad aures viri sancti deuenit scelus abhorruit: et massam auri panno inuolutā in domū eius per fenestram clam proiecit clamq̄ recessit. Mane surgens hō massā auri reperit: et deo grās agens primogenite nuptias celebrauit. Inde ad aliq̄s dies sile opus: dei famulus egit. Qd̄ rursū ille reperiēs et in laudes imensas prorumpens de cetero vigilare pposuit: vt sciret quis esset qui sue inopie subuenisset. Post et paucos dies duplicatā auri massam in domū proiecit. Ad cuius sonitū ille excitatur: et nicholaum fugientē insequit taliq̄ voce alloquitur siste gradū teq̄ aspectui non subtrahas meo. Et accurrens velotius Nicholaum hunc esse cognouit. Mox humi prostratus osculari volebat pedes eius: q̄ ille refugiens ab eo petijt ne factū alicui quādiu viueret reuelaret. In hac vero elemosina obseruauit Nicholaus tres illius conditiones necessarias.

Prima conditio q2 fuit prompta.

Scd̄a q2 fuit copiosa.

Tertia q2 fuit secreta.

Prima conditio illius elemosine fuit, pmpta q2 non multis precibus data vel impetrata. Inquit Seneca libro de beneficijs. Ingratū est beneficium quod diu inter dantis manus hesit. Et idem. Nulla res carius emitur q̄ que precibus empta est. Et lz deo grata sit elemosina que datur pauperibus illam petentibus. Gratissima tamen est conspectui suo cū tribuitur pauperi: et egeno: pre verecundia petere non audenti. Ex hoc ait Ambrosius li. i. de officijs. Sunt multi qui malunt miseria tacite egestatis astringi q̄ publica petitione confundi: hi querendi sunt et adiuuandi: vt p hoc amplius gaudeant: q̄ paupertati psulant et pudori. Scd̄a cōditio illius elemosine fuit copiosa. qm̄ tantū dedit quantū sufficere iudicauit pro puellis virginibus maritandis. fm constitutionē Thobie. qui. iiij. ca. ait. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Tertia conditio fuit secreta. q2 obseruauit documentū saluatoris nostri qui Matthei ca. v. dixit. Cū facis elemosinā noli tuba canere sicut ipocrite faciunt. o quanta tepiditate his tpibus ducūtur mortales in quibus charitas non solū friguit. Sed vt videt penitus est extincta: oēs q̄ sua sunt querunt oēs tm̄ seipsos diligunt: quire vera etiā gentiliū voce cōfundi merito possunt. inquit Seneca ad lucillū. nō potest q̄sq̄ beate degere: qui se tm̄ intuet qui oīa ad vtilitates suas puertit: alteri viuas oportet: si vis viuere tibi. Et idē in li. de beata vita. Vbicūq̄ homo est beneficio locus est. Et Ouidius libro de ponto. Regia crede mihi res est suc-

currere lapsis. Côueniens hoi hoiem seruare
voluptas: sed preter voces ⁊ documenta pa-
ganorum: assunt nobis xp̄i ⁊ sanctoꝝ monita
pariter ⁊ exempla: inter que vnum qd̄ de btō
nicholao iam prediximus notabile valde est
ac singulare.

¶ Qualiter beatus nicholaus obseruauit of-
ficiū boni pastoris: circa regimen aiarum pro
motus ad tpalē dignitatē ex voluntate dei.

¶ Capitulum. iij.

Tertia virtus qua placuit deo almus cō-
fessor nicholaus dr̄ obseruantia pastora
lis: obseruauit qdē officiū pastoris boni circa
curā ⁊ regimē aiaꝝ: qd̄ ostēdimus tripliciter.
Primo in sua promotione.
Scd̄o in pauperū subuentione.
Tertio in populi doctrinatione.

¶ Primo ostendim⁹ btm̄ nicholaū fuisse pa-
storē bonū in sua promotione. non eni promo
tus fuit ad ep̄alem dignitatē prece vel precio
vt fieri solet tpibus his malignis: sed cum hu
militate acceptauit onus regiminis vocatus
ad illud ex dispensatiōe diuina. hodierna xpo
die nullus ꝓmouet̄ inuitus: imo ecclesiastica
beneficia ⁊ dignitates non nisi importune pe
tentibus dispensant̄. Ex quo facti sunt hoies
ambitiosi: ⁊ dū suscipiunt cathedrā pastoralē
non nisi de terrenis ⁊ transitorijs curant. Sꝫ
audiant id qd̄ Criso⁹ scribit di. xl. ca. multi in
fi. Quicūqꝫ desiderauerit primatū i terra in-
ueniet confusionē in celo: nec inter seruos xp̄i
computabit̄ qui de primatu tractauerit. Ad
btm̄ itaqꝫ nicholaum redeuntes cōsideremus
qualiter ep̄alem honorem suscepit defuncto q
dem ep̄o mirree ciuitatis: vbi ipse morabatur
cōuenerunt ep̄i cōuicini illi ecclesie de ep̄o pro
uisuri. Aderat inter eos quidā magne aucto
ritatis ep̄s. ad cuius electionē oim̄ snia depen
debat. cum ergo cunctos ieiunijs ⁊ oronibus
insistere monuisset: nocte illa vocē audiuit di
centem sibi: vt hora matutinali fores ecclesie
obseruaret: ⁊ quē primū ad ecclesiā cui nomē
est nicholaus: venire conspiceret ipsū in ep̄m
cōsecraret. hoc ergo ⁊ alijs reuelans ep̄is am
monuit vt oēs oroni insisterent ⁊ ipse pre fo
rib⁹ excubaret. Et ecce hora matutinali quasi
a deo missus ante oēs ad ecclesiā nicholaus ꝓ
perauit: quē apprehendēs ep̄s dixit ei: qd̄ tibi
nomē est: ille vt erat colūbina simplicitate ꝑle
nus. inclinato capite inquit vestre sanctitatis
seruus nicholaus: quem in ecclesia ducens lꝫ
plurimuꝫ renitentem: in cathedra collocauit:
neqꝫ in hoc reprehensibilem ipsum quispiam
iudicet qui passus est in cathedra collocari cū
agnouerit hoc ex dei voluntate prouenisse. ēt
cum ab episcopis ibidem congregatis ratio-
nabiliter cogeretur. Nam vt scribitur. viij. q.
i. ca. in scripturis. Si is qui valet oipotentis
dei oues pascere renuit: ostendit se summum
non amare pastoreꝫ. Acceptato itaqꝫ a nicho
lao pontificatus officio sectabatur in omnib⁹
humilitatem: morū grauitatem: peruigilabat
in oratione corpus macerabat: mulieruꝫ vita
bat consortia: affabilis in suscipiendo: efficax
in loquendo: alacer in exhortādo: seuerus in
corripiēdo. Et vt in cronicis legitur. fuit tem
pore constantini secundi filij constantini ma
gni. Et iulij pape qui congregauit sinodum
apud niceam trecentoꝝ deceꝫ ⁊ octo patrū ꝯ
arrium de qua scribit̄. xv. dis. ca. canones. Et
ibi fuit nichola⁹: cius tp̄e floruerūt Eusebius
ep̄s vercellensis. Illaris ep̄s pictauiensis. An
tonius magnus. ⁊ Macharius. ¶ Secundo
ostendimus beatissimum nicholaum fuisse
pastorem bonum in pauperum subuentione.
naꝫ vt dicit Hiero⁹ ad nepotianū ⁊ ponit̄ in
decretis. xij. q. ij. ca. gloria. Gloria ep̄i est pau
perū opibus ꝓuidere ignominia sacerdotis
est ꝓprijs studere diuitijs. Et i ca. aurū. xij. q.
ij. Ambro. ait. aurū hꝫ ecclesia nō vt seruet sed
vt eroget. Ex h̄ sctissimus nicholaus de paupi
bus specialiter curā suscepit ob qd̄ pijssimus
deus mensurā tritici ab eo suscepti miraculo
se suppleuit. Quodā nanqꝫ tp̄e totam prouin
ciam sancti nicholai: fames valida pertulit: ita
vt oibus deficerent alimenta. Audiens auteꝫ
vir dei naues onustas tritico applicuisse por
tui illuc statim ꝓficiscitur. Et rogans nautas
vt saltem in centū modijs per quālibet nauē
fame periclitantibus subueniret. cū illi respō
dissent non audemus pr̄: qr mensuratū alexā
drie oportet in horrea impatoris nos reddere
sanctus inquit facite nūc qd̄ dico. Et vobis in
dei veritate promitto ꝙ nullā minorationeꝫ
habebitis apud regiū exactorē. Qd̄ cū fecissēt
⁊ eandē mensurā alexandrie quā acceperant
reddidissēt ministris imperatoris miraculum
referunt: ⁊ deū in suo famulo magnifica laude
attollunt. frumentū autem vnius cuiusqꝫ in-
digentiam vir dei distribuit ita vt miraculo-
se duobus annis non tm̄ ad victum sufficeret
sed etiam abusum seminis abundaret.

¶ Tertio oñdimus btm̃ nicholaũ fuiſſe paſtorem bonũ in populi doctrinatione: nõ eni neglexit populũ ſibi ſubiectũ paſcere cibo ſpũali quinimo cum regio illa idolis deſeruiſſet. adhuc poſt cõuerſionẽ ad xp̃m populus nephan de diane adhuc deſeruiebat. Et ſub quadam arbore illi conſecrata quoſdã ritus gentiũ exercebat: quem ritum de oĩbus finibus vir dei expulit ipſãqꝫ arborẽ p̃cidi mandauit. Tandẽ in perſeuerantia bonoꝝ operum feliciter ad xp̃m migrauit. Et vt ſcribitur in eius legẽda ante aĩe exitum angelos ad ſe venientes vidit Et dicto pſalmo. In te dñe ſperaui vſqꝫ. i manus tuas dñe cõmendo ſpũm meum: tradidit ſpiritum. anno dñi.ccc.lxiij. vbi apud terrigenas celeſtis audita eſt melodia. Corp9 itaqꝫ honorifice in tumba marmorea repoſitũ fuit: qd̃ tandem barũ tranſlatũ fuit. anno dñi. M. lxxxvij. O igit felix aĩa nicholai: que peracto huius breuis tp̃is curſu: tandẽ celeſtia regna petiuit. ibi cõgaudet xp̃o ⁊ oĩbus electis p̃ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadrageſimuſnon9 de tribus priuilegijs beati ſtephani prothomartyris: que cooperante xp̃o eum glorioſum fecerũt.

Video celos apertos ⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei. Scribuntur hec verba Actuũ vij. ca. ⁊ in ep̃la p̃ſentis ſolẽnitatis: in tribulatione poſitis ac laborantibus q̃buſcunqꝫ pro diuino amore: nunqꝫ deeſt auxilium ſup̃ne gratie: qua fit: vt quecunqꝫ ardua ⁊ difficillima nõ ſolũ nõ moleſte: ſed equo aĩo ac iocundiſſimo ferant. nihil eni terribiliuſ eſt morte: quã tñ amici dei etiam violentaꝫ paſſi ſunt pro xp̃o gaudentes. Ecce in promptu occurrit nobis exemplũ ſtephani prothomartyris: qui in etate florenti lapidationiſ martyriũ patientiſſime tollerauit: cui cum ex debito teneamur honorem quem poſſumus exhibere: vt ſic valeam9 interuenietib9 eius merit̃ vite ipſi9 imitatores fieri: hodierna die ad illũ ſermonẽ vertem9: qui vidit xp̃m ſtantẽ a dextris dei paratiſſimũ ad eũ adiuuãdũ: p̃ut ipſe retulit in verbis a nobis p̃miſſis. In q̃bus tria bt̃i ſtephani p̃uilegia diſtinguem9: q̃ cooperante xp̃o eũ celeberrimũ glorioſiſſimũqꝫ oſtendũt.

Primũ dr̃ gratie.
Scd̃m victorie.
Tertiũ glorie.

¶ Qualiter btũs ſtephanus fauente diuina gr̃a ſuperauit: ſuperbiam: auaritiaꝫ: ⁊ luxuriã ¶ Capitulum. j.

Primũ priuilegiũ beati ſtephani dr̃ gr̃e de quo ſic dr̃ Actuum. vi. ca. ſtephanus plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat prodigia ⁊ ſigna magna in populo. Fuit equideꝫ in co gr̃a: qua tria principalia peccata ad que cetera reducuntur ſuperauit. Primũ fuit ſuperbia. Scd̃m auaritia. Tertiũ luxuria. de quib9 Jo. prime canonice. ca. ij. ait. Omne qd̃ eſt in mũdo concupiſcentia carnis eſt: aut concupiſcentia oculoꝝ: aut ſuperbia vite. Superbiã nãqꝫ ſuperauit p̃ virtutẽ humilitatis. Luxuriã per virtutẽ caſtitatis. ⁊ Auaritiã p̃ virtuteꝫ paupertatis. Primo fuit humilis in honore ſibi ab eccleſia exhibito. Naꝫ vt ſcribit Actuũ. vi. ca. Ipſe fuit vn9 imo p̃m9 ex ſeptẽ diaconib9 ab ap̃lis ordinat̃ in miſteriũ. Cũ eni excreſceret multitudo credentiũ ap̃li decreuerunt eligere ſeptẽ: qui preeſſent adminiſtrationi tp̃ali vt ipſi vacarent verbo diuino. Et elegerũt ſtephanũ virũ plenũ fide ⁊ ſpũ ſctõ: ⁊ philippuꝫ ⁊ p̃chorũ: ⁊ nicanorẽ: ⁊ timonẽ: ⁊ p̃menam: ⁊ nicholaũ aduenã anthiocenũ. In qua electiõe ⁊ honore ſibi exhibito ſtephanus humiliter ſe cõtinuit qd̃ quantũ ſit laudabile cũ quis in dignitatib9 ⁊ honoribus nõ tumeſcit. pꝫ ex verbo ſapientis: qui ca. iij. Eccleſiaſtici ait. Quanto maior es humilia te in oĩbus: qd̃ Cicero in primo de officijs elegãtiſſime retulit. In reb9 inquit etiã proſperis ſuperbia fugienda eſt ⁊ arrogantia. nã vt aduerſas res ſic ⁊ ſecundas imoderate ferre leuitatis eſt. Scd̃o beatus ſtephanus ſuperauit luxuriã p̃ virtutẽ caſtitat̃ nã dr̃ de eo q̃ fuit vir boni teſtimonij ⁊ mundiſſime fame. hoc ũo expleri nõ põt abſqꝫ auxilio diuine gr̃e: q2 vt ait Aug9 in li. de agone chriſtiano. Inter oĩa xp̃ianoꝝ certamina: duriora ſunt prelia caſtitatis. vbi quotidiana pugna ⁊ rara victoria. Tertio ſuperauit auaritiã p̃ virtutẽ paup̃tatis. nã fuit plenus fide. Sup̃ que verba inquit Aug9. qui verã fidẽ habent de deo: nõ cupiũt in his miſerijs diuites fieri Sed pleriqꝫ obſtinatione voluntaria in ſuis peccatis cõmorantes excuſare ſuã prauitateꝫ ſatagunt aſſerentes nõ poſſe virtuoſe viuere: quia ipſis deus non porrigit gratiam ſuam: q̃bus reſpondemus q̃ gratiam ad ſalutẽ neceſſariam deus non denegat: niſi his qui illaꝫ habere nolũt. Ideo Ciprian9 in ep̃la ad donatũ

ait:profluens largiter spūs nullis finibus pre
mit:nec vllis coercentibus claustris intra cer
ta metaꝶ spatia refrenaṫ: manat iugiter exu
berat affluenter:nr̄m tū pectus sitiat ꝛ pateat
quātum illuc fidei capacis afferimus tātū in/
de grē mundātis haurimus. hec ille. Igiṫ vt
inquit Aristo.in lib.de causis. prima cā inest
oībus rebus ſm dispositionē vnā non tū oēs
eā recipiunt ſm eādem dispositionem: q̄re ꝛ
aliqui grām nec in minimo hn̄t q2 illā hr̄e cō
temnunt: ꝛ loquor de grā gratum faciente:
quidā grām hn̄t seruātes in charitate diuina
mādata. Alij aīo feruentiores q̄ꝫ primi ad ob
seruātiā consilioꝶ ascendūt:quare grā maior
esse pōt in vno q̄ꝫ in alio. vnde Aug⁹ ad dar/
danū ait. In quibus habitat deus non equali
ter habitat. Et idem ad bonifaciū grā mereṫ
augeri.qd̄ ſm Alexandrū in tertio intelligen
dū est de magnitudine ꝛ augmento ſm quāti
tatē virtualē. nō ſm quātitatem dimensiuā.
¶ Quare vicit btūs stephanus cū adiutorio
dei tria prelia in quoꝶ quolibet affuit sibi di/
uinū auxilium. ¶ Capitulum.ij.

SEcūdū priuilegiū btī stephani dr̄ victo/
rie. vicit equidē cū adiutorio diuino ma
los hoīes eū persequentesſ:mos nanq̄ꝫ maloꝶ
est bonis ꝛ virtuosis molestiā inferre. q2 ſm
phoꝶ sniam ꝯria simul stare non possunt:sed
mutuo se expellunt vt docet Aristo.x.metha
phisice ꝛ in predicamentis. Sicut calidū non
stat cū frigido:aut albū cū nigro siue tenebra
cū lumine.iō.xxiij.q.iiij.ca.qui ſm carnē. Hie
ro⁹ ait. Qui ſm carnē natus est ꝑsequebatur
spūalē:nunq̄ꝫ vo spūalis carnalē ꝑsequiṫ sed
ignoscit quasi rustico: surrexerunt ergo viri
magni ꝯ stephanū ꝓcurantes mortē eius:in/
teruenientе triplici prelio.
Primū fuit disputationis.
Scōm accusationis.
Tertiū cōminationis.
¶ Primū fuit preliū disputationis.ꝺ quo dr̄
surrexerūt aūt quidā de sinagoga que appella
batur libertinoꝶ a regione sic nominatoꝶ ſꝫ
Nicholaū de lira. ꝛ cirenensiū a cirene ciuita/
te. ꝛ alexandrinoꝝ ab alexandria metropoli
egypti ꝛ coꝶ qui erant a cilicia ꝛ asia: q̄ sūt re
giones ꝓpinque iudee. disputantes cū stepha
no in quo prelio datus est sibi spūs sctūs qui
sibi facundiā ministrauit. ſm xp̄i ꝓmissū qui
Luce.xxi.ca.dixit. Ego dabo vobis os ꝛ sapi/
entiam cui nō poterūt resistere aduersarij vr̄i
Ex hoc dr̄ de stephano. nō poterant resistere
sapientie ꝛ spiritui qui loquebaṫ. ¶ Scōm ꝑ/
lium fuit accusationis. videntes eni iudei ꝙ
disputando succubuerunt callide submiserūt
duos falsos testes:qui eū in iudicio accusarēt
dixerūtq̄ꝫ eum blasfemasse deū moysen taber
naculū ꝛ templū:que oīa potentissime confu/
tauit. Et dum loquereṫ affuit sibi diuinū auxi
liū qm̄ intuentes in eū oēs qui erant in consi/
lio viderunt faciem eius tanq̄ꝫ faciem angeli
quibus ipse declarauit magnificando deum.
legem moysen: ꝛ templū de deo dixit:ipsū fu/
isse locutuꝫ patribus qui est deus glorie. de
moyse.ꝙ amicus dei fuerit. de lege ꝙ fuerat a
deo data ꝺ templo ꝙ instructū fuerat ex diui
no precepto. ¶ Tertiū preliū fuit cōminatio/
nis.nā cū stephanus fuisset multa locutus q/
bus iudei ꝯdicere non valebant: audientes q̄
dicebanṫ: dissecabanṫ cordibus suis ꝛ stride/
bant dentibus in eum. Tunc videns īminere
sibi de proximo mortē:intendens in celum vi
dit gloriā dei ꝛ ait. Ecce video celos apertos
ꝛ iesū stantē a dextris virtutis dei. Hic dubi
tatur a quibusdā vtrum visio beati stephani
fuerit mētalis aut imaginaria vel corporalis
Aliqui dicūt Qꝫ fuit mēalis tm̄: ita ꝙ ex grā
speciali fuit concessū stephano videre non so
lum humanitatē xp̄i sed etiā deitatē. Sicut ꝛ
paulo de q̄ dic̄ Aug⁹ ad paulā de vidēdo deū
Qꝫ sibi fuit concessū videre diuinā essentiam
eo ꝙ erat doctor gentium ꝛ moysi qui fuit do
ctor iudeoꝶ. Et hoc videṫ dicere quedaꝫ glo.
suꝑ locū istū que talis ē. quidā electoꝶ adhuc
in hac vita detenti mūdato cordis oculo vide
re meruerunt gloriam dei: vt hic stephanus ꝛ
paulus ad tertiū celum raptusſ. Sed hoc dictū
non videtur sufficiens.quoniam vt doctores
dicunt visio diuine essentie non est cōcessa ali
cui in vita presenti: vtenti sensibus exteriori/
bus nisi hoī xp̄o. vnde ꝛ paulus non diciṫ deū
sic vidisse:nisi in raptu ab istis sensibus. ste/
phanus autem non videṫ tunc fuisse raptus
sed magis vtens sensibus: nam loquebaṫ iu/
deis audientibus. Alij opinantur. Qꝫ fuit vi/
sio imaginaria: ita ꝙ in eius imaginationem
fuerunt effigies diuinitus formate ad represē
tandum deum: ꝛ hoīem xp̄m. sicut legitur de
Isaia ca.vi. Qꝫ vidit dn̄m sedentem super so/
liū ꝛ mente cognouit significatum illius:ita ꝛ
stephanus habuit visionem imaginariam: ꝛ
agnouit significatum illius representationis

Et sic ꝗ̄rtum ad hoc fuit nō soluꝫ imaginaria visio sed etiā mentalis sicut visiones ꝓphetarum. Et nō est dubiū ꝙ potuit sic fieri: sed ex mō loquendi scripture videt̄ ꝙ fuerit corporalis q2 dr̄. intendens in celū vidit gloriam dei. Propter qđ aliqui dixerūt ꝙ visus stephani fuit a deo fortificatus in tantū ꝙ vidit iesum existentem in celo empirreo celos acucie visus penetrando: sed istud nō videt̄ posse stare: q2 sic visus fuisset extramittendo ab oculo: ⁊ nō intus suscipiendo ab obiecto quod improbat phus li. de sensu ⁊ sensato. Propter qđ vt refert Nichoꝰ de lira sup̱ hoc passu probabilius videt̄ dicendū ꝙ a corp̱e xp̄i existentis in celo fuit imutatus oculus stephani ad visionē humanitatis xp̄i. nā in ptāte eius est ꝙ corpus eius sic videat̄ a longe sicut de prope. Et forte idem est de quolibet alio corpore glorioso. q2 totaliter est subiectū aīe ꝓpter qđ videt̄ ꝙ ad nutū eius possit imutare visū indifferenter a longe ⁊ de prope. Sicut in ptāte eius est ꝙ immutet visū ⁊ videat̄ in propria vel in aliena effigie. deitatē xp̄o videre nō potuit isto mō: sed sicut in visione imaginaria format̄ in virtute imaginatiua aliqua effigies ad representandū deū vt dictū est. Ita exterius pōt diuinitus formari ad imutationē corporalis oculi sicut suo mō fit in apparitōe angeloꝝ qñ apparent in corporibus assumptis que corporaliter vident̄: ita aliqua effigies corporalis nō a deo assumpta: sed formata pōt ipsū representare oculo corporali. Et sic probabiliter absq3 vlla ꝯdictione potest dici. Q2 sic fuit in visiōe stephani. mentalit tñ cognouit ꝙ illa effigies non erat ipsa deitas nisi tm̄ represētatiue. Et huic mō dicendi concordat lr̄a cū dicit. Ecce video celos apertos. si igit̄ visio pretacta stephani fuit corporalis: tunc tria ibi fuerunt miracula. Primū q2 vidit celos apertos. qđ ꝺm Nicholaū de lira intelligendū est. non ꝙ celi fuerunt diuisi cū sint incorruptibiles: sed q2 sic clare vidit ac si nullū esset obstaculū inter mediuꝫ. Scđm miraculū fuit q2 vidit iesū in gloria patris: cū ꝺm naturā impossibile sit vt corpus glorificatū i sua gloria ab oculo corporali nō glorificato videri possit. Tertiū miraculū fuit q2 cū corpꝰ xp̄i sit i celo empirreo. vidēdo ipsū vidit vltra celū sidereū aereū ⁊ cristallinū Impossibile est autem ꝺm naturam ꝙ oculus corporalis in tanta distantia possit videre. Si insuper visio stephani fuit mentalis vt predictum est. tunc factum est vt eius mens esset a deo illuminata ad notitiā glorie dei ⁊ dñi iesu xp̄i filij sui. ꝙ nihil aliud posset vel vellet desiderare: nec morteꝫ quā oēs naturaliter timēt ⁊ fugiunt timeret sicut ⁊ facto ostēdit. Iudei autē cum audissent eum talia dicentem: continuerunt aures suas ꝺm glo. ne audirent blasfemantē. Sic eni falso extimabant ipsum blasfemare. Quare educentes eū extra ciuitatem lapidabant: ⁊ testes deposuerunt vestimenta sua vt celerius interficerēt: ad pedes adolescētis qui vocabat̄ saulus: postea xp̄o fuit paulus vas electionis. ipse aūt lapidatus: vulneratus cruore perfusus. non dicebat heu me dolentē nō heu me iuuenē: nō heu me q2 morior absq3 culpa: relinquo mūdū: parentes desero ⁊ amicos: morte violenta occisus: non hec vel similia loquebat̄. Sed aio hilari: facie ad celū directa. dn̄e inquit iesu accipe sp̄m meum: ⁊ ne statuas illis hoc pctm̄. quod cum dixisset obdormiuit in dño. vbi glo. pulchre dictuꝫ est obdormiuit ⁊ non mortuus est: q2 obtulit sacrificiū dilectionis: ⁊ obdormiuit in spe resurrectiōis

¶ Q2 beatus stephanus dr̄ primus martyr ⁊ qualiter multis miraculis coruscauit: qui iam plene beatificatus est in celis. Capitulum. iij.

Tertiū priuilegiū beati stephani dr̄ glr̄ie. adeptus nanq3 fuit ꝓpter eius merita copiosa triplicem gloriam.

Prima dr̄ specialis honorationis.

Scđa miraculoꝝ operationis.

Tertia plene beatificationis.

¶ Prima gloria dr̄ specialis honoratōis: Est enim in ecclesia dei inter martyres primꝰ: cuiꝰ festum imediate post natiuitatē dñi celebrat̄. Sed pleriq3 dubitare solent: quō stephanus primus martyr dicatur: cum ante ipsum etiā alij martyres predicentur. nam abel martyr: innocentes martyres: ioānes baptista martyr non ergo stephano prioritas martyrij debet̄. Ad quod respondemus ꝙ ideo primus martyr dicitur. quia ipse prius ceteris passus est: post noui testamenti consūmationem que facta fuit: quando omnino cessarunt legalia dū xp̄s dixit consūmatum est. etiam quia primus euolauit. nam alij lꝫ martyrium fuissent passi ante ipsum: nihilominus quia nondum erat aperta ianua non euolauerunt. Dicitur insup̱ primus martyr quia passus est propter fidei defensionem ⁊ confessionem. Innocentes ꝙp pe passi sunt pro xp̄o sed nondum illum confi

teri poterant. Joannes baptista passus est qr arguebat herodem. abel propter inuidiã fratris. stephanus autem quia xp̄m p̄dicabat filium dei regem regum ꝛ dominũ dominantium. Notandum tamen ꝙ beatus stephan⁹ passus fuit die qua eius inuentio celebratur. inuentum namqꝫ fuit tunc corpus eius anno dñi. cccc. xvij. honorij principis anno septimo mutauit tamen ecclesia festiuitates vt festum passionis eius cum ampliore deuotione celebraretur immediate post natiuitatem dñi qr passio eius dignior est q̃ inuentio. ¶ Secũda gloria beati stephani dicitur miraculorũ operationis. dicit enim Augustinus li. xxij. de ciuita. dei. beatum stephanum innumeris miraculis coruscasse ꝛ mortuo sex suis meritis suscitasse multosqꝫ curasse a varijs languoribus Et vt ibi refert: flores de altari sancti stephani assumpti cuiusdam mulieris cece oculis impositi sunt que continuo lumen recepit. quidã insuper nobilis marcialis nomine: cum infidelis esset ꝛ nequaq̃ conuerti vellet: cum plurimum egrotaret gener suus valde fidelis ad ecclesiam beati stephani venit. Et de ipsis floribus qui super altare erant accipiens ad caput soceri latenter posuit. Super quos cum ille dormisset protinus ante diluculum clamauit vt ad ep̄m mitteretur: cum autem ep̄s abesset sacerdos ad eum venit: ꝛ cum se credere diceret baptiçatus est. Qui q̃diu vixit hoc verbum semper in ore habuit. Xp̄e accipe spiritum meũ: cum tñ ignoraret: hec fuisse verba vltima sci stephani. ¶ Tertia gloria dr̄ plene beatificationis. hanc habet in regno celorum dñm clare videndo: tenendo: atqꝫ fruendo: ibi factus est in pace locus eius ibi possessionẽ hꝫ epulentam: ibi coronatur aureola: que datur doctoribus: virginibus: ꝛ martyribus de qua plenius in sermonibus de virginibus disseremus. O igitur felix iuuentus beati stephani: que morte ꝛ martyrio fuit in melius comutata. O preciosa ꝛ delicata tollerantia. O dulces lapides torrentis quibus tam grande premiũ eterne vite stephanus ipe promeruit. mortu⁹ fuit pro xp̄o ꝛ ecce in eternũ regnat cũ xp̄o q est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimus de innocentibus occisis ab herode ascalonita qui xp̄m puerulũ extinguere nitebatur.

Surge et accipe puerum ꝛ fuge in egyptũ. angeli ad ioseph loquentis verba sunt ista originaliter Matthei. i. ca. ꝛ in euangelio p̄ntis festiuitatis iniquitas male mentis herodis impij ꝛ crudelis xp̄m iesũ in cuna vagientem p̄sequi cepit. Nam volens illũ perimere alios paruulos occidi iussit credens in numero eoꝝ xp̄m ꝯcludere. Qua de re beatissimis illis innocentib⁹ ecclesia sctã honorẽ debitũ tribuit statuẽs hanc solẽnitatẽ ad coꝝ reuerentiã a fidelibus celebrandã. vt q̃t mens xp̄iana p̄cipe valeat quanta sit obligatio nr̄a ad filiũ virginis diligendũ qui in qualibet etate pro nobis pati non recusauit. in p̄nti sermõe decurrem⁹ ea que de illius peregrinatione in egyptum ꝛ pueroꝝ interfectione euangelica tradit historia. vbi tria mysteria se offerunt cõtẽplanda

Primũ dr̄ xp̄i peregrinatio.

Scd̄m herodis malignatio.

Tertiũ innocentiũ coronatio.

¶ Qualiter ioseph monente angelo fugit cũ iesu ꝛ virgine mr̄e in egyptũ. ¶ Capitulum. j.

Primũ mysteriũ cõtẽplandũ dr̄ xp̄i peregrinatio. Et hoc notat̃ in prima p̄te euãgelij. cũ dr̄. Angelus dñi apparuit in somnis Joseph dicens. Surge ꝛ accipe puerum ꝛc̄. Ad quoꝝ verboꝝ explanationẽ mitiorẽ tria sunt hoc loco dubia disceptanda.

Primũ vtrũ xp̄s habuit angelum ad sui custodiam deputatum.

Scd̄m cur angel⁹ apparuit ioseph in somnis

Tertiũ quare in sua fuga xp̄s egyptũ petijt.

¶ Ad primũ dixerunt aliqui ꝙ xp̄s habuit angelum ad sui custodiam. nam Luce. ij. scribit̃ ꝙ angelus annunciauit pastoribus xp̄i natiuitatem qui potuit esse angelus eius custos. Et Luce. xxij. c. dicit̃. Ecce apparuit ei angelus dñi confortans eum. vbi Bedda ait. In testimoniũ vtriusqꝫ nature angelus eum confortasse ꝛ angelus ei ministrasse describit̃. Insup xp̄s iesus s̃m humanam naturam ꝛ passibilitatis statum fuit paulominus ab angelis minoratus. vt docet mgr̄ sententiaꝝ in. i. di. xvi. Vnde q̃tum ad hoc videbatur angelico indigere presidio. Adhuc angelica custodia facit ad anime dignitatẽ. Vnde Hiero⁹ sup. xviij ca. Matthei. Magna inquit est dignitas aiarũ vt vna queqꝫ ab ortu natiuitatis sue in sui p̄fectũ ꝛ custodiam habeat angelũ specialiter

deputatum. Aia aũt xp̄i cũ sit nobilissima nõ
debet tanta dignitate priuari. Sed ꝯtrium te/
nent Doc. in. ij. sniaꝝ. di. xi. vbi dicit dñs Bo
nauen. q̄ xp̄s nõ indigebat angelo custodien
te: q2 aduersarius ñ poterat opprimere ꝑ vio
lẽtiã corpus diuinitati vnitũ: nec poterat se/
ducere ꝑ astutiã intellectũ plenarie a Vbo illu
stratũ: nec poterat allicere ꝑ blãditias affectũ
plenitudine grẽ confirmatũ. Ideo xp̄s nõ in/
digebat angelo bono: nec q̄ztum ad corporis
defensionẽ: nec q̄ztuȝ ad eruditionẽ rõnis: nec
q̄ztum ad incitationẽ affectionis. nõ compete
bat etiam ipsi xp̄o hr̄e angelũ custodem: q2 cu
stodia in custodiente respectu custoditi dicit
presidentiã quandã. Et q2 angeli xp̄o dño sub
erant: ideo nullũ officiũ presidentie ipsis ange
lis respectu xp̄i cõmitti debebat. Qnicqd aũt
de scripturis allegatũ est in ꝯtrium: de angelis
administrantibus ⁊ seruientibus ipsi xp̄o nõ
de presidentibus est intelligendũ: nũq̄z enim
sic minoratus est xp̄s ab angelis vt aliquis an
gelus auderet ei presidere: cũ ita bene sit ado/
randus xp̄s in cruce ⁊ in sua infirmitate sicut
cum apparebit in sua virtute. Cum Vo dice/
batur q̄ angelica custodia facit ad hois digni
tatem. Dicendũ q̄ custodiri ab angelis ita di
cit dignitatẽ in aia respectu aliaꝝ creaturarũ
que non cõmittunt̄ angelice custodie: vt tñ di
cat imperfectionẽ respectu angeloꝝ beatoruȝ
qui aliena custodia nunq̄z egent. Et q2 ais xp̄i
ab instanti sue conceptionis erat ꝑfecte beata
angelũ custodientẽ nõ debebat habere: sed hñ
ministrantẽ non vnũ tñ sed ẽt plures. ¶ Se/
cundũ dubiũ fuit. Cur angelus apparuit io/
seph in somnis. Ad qd̄ rñdet Criso⁹ i omelia
dicens. Ideo non apparuit manifeste sicut pa
storibus q2 valde fidelis erat: pastores indige
bant quasi rudes. virgo indiguit q̄si de maxi/
mis instruenda. Silr̄ çacharias indiguit añ
prolis conceptionẽ visione mirabili. At remi
gius aliã rõneȝ assignat moralẽ dicens. ꝑ h̄ q̄
angelus in somnis apparuisse dr̄: mystice de/
signat̄: q2 illi qui a curis terrenis ⁊ secularibus
negocijs requiescunt: ꝑfrui angelica visione
merent̄. Dixit ergo angelus sic apparens io/
seph. accipere puerũ ⁊ matrẽ eius. nõ dicit ac
cipe matrẽ ⁊ puerũ eius q2 vt dicit Criso⁹. nõ
ꝓpter matrẽ puer natus est sed ꝓpter puerũ
mater preparata. Et notanter dixit mr̄em ei⁹
nõ coniugẽ tuã: sicut anteq̄z xp̄m peperissȝ vt
ostenderet̄ matris xp̄i virginitas. vt ponit Il
larius sup Mattheũ. ¶ Tertiũ dubiũ fuit cur
in sua fuga xp̄us egyptũ petijt. Ad qd̄ rñdet
euangelista. vt impleret̄ inqt qd̄ scriptũ est ꝑ
ꝓphetã. Ex egypto vocaui filiũ meũ. insuper
Isaias. xix. ca. ita ꝓphetauit. ascendet dñs su
per nubẽ leuẽ ⁊ ingredieẗ egyptũ ⁊ mouebun
tur simulacra egypti a facie eius. Narrat ma
gister in historia scholastica. q̄ ea nocte xp̄s cũ
matre intrauit egyptũ qua precepto suo exiue
rant filij israel. Et sicut tunc non fuit domus
in qua nõ iaceret mortuus angelo percuciẽte
sic ip̄o ingrediente nõ fuit templũ in quo ido
lum non corruerit. de egypto Isidor⁹ in. xiiij.
ethimologiaꝝ libro. ita scribit. egyptus prius
area dicebat̄ deinde egyptus vocata ab egy/
pto danai fratre ibi regnante. hec ab oriente
sirie est ⁊ mari rubro coniuncta. Ab occasu li/
biam hȝ: a septẽtrione mare magnum. Regio
celi imbribus insueta ⁊ pluuiaꝝ ignara. nilus
solus circũfluens eam irrigat ⁊ inundatione
sua fecundat. vnde multã terrarũ partem fe/
num alit. Ceterorũ quoq̄z negocioꝝ adeo co/
piosa vt impleat mercibus suis etiã orbẽ ter/
rarũ. Iam ad pijssimã Iesu matrẽ redeundũ
est que egyptũ petere a ioseph monita fuit. re
tulit forte illi sponsus ioseph castissimus exci
tatus a somno. O virgo dignissima fugiam⁹
repente q2 ab angelo didici q̄ herodes tuũ q̄/
rit extinguere filiũ: quisnã explicet quãtus ti
mor virgineã mentẽ inuaserit. quãtusue do/
lor percusserit cor eius benignũ. puto nãq̄z q̄
mox filiũ in brachijs suscipiens lachrymanti
bus oculis cũ ioseph sene puella iter ad deser/
ta direxit. Contemplare nũc fidelis aia. quot
noctes duxerunt insomnes. quot vicibus sitis
estuabant ardore. quotiens ⁊ absq̄z cibo ꝑno/
ctarunt in heremo. Compatere aia mea crea
tori tuo ꝓ te peregrinãti. Compatere ioseph
qui tantũ laborat ꝓ viribus vt necessitatibus
mr̄is ac filij succurrat. ⁊ qñq̄z ꝓpter solitudi/
nem loci qd̄ querit inuenire nõ põt. Compa/
tere ⁊ virgini sacratissime que nunc terretur
nũc pauet nunc filiũ inter vbera stringit nũc
faciem eius lachrymis rigat nunc adorat nũc
eius assumptas deplorat penalitates.

¶ De dr̄a herodis ascalonite: ⁊ alioꝝ q̄ sic vo
cati sũt. Et q̄re nõ eodẽ anno q̄ natus est xp̄s
fuerũt innocẽtes occisi. Et de herodis seuitia
¶ Capitulum. ij.

SEcũdũ mysteriũ ꝯtẽplandũ in euãgelio
dr̄ herodis malignatio. ad qd̄ hñ expla/

nandū tria de herode consideramus.
Primo differentiā.
Scdo sufferentiā.
Tertio malitiā.
¶ Primo consideremus differentiā. vt enim collgimus ex historia scholastica. Tres fuerūt herodes. Primus ascolonita sub quo natus est xps. Scdus antipas qui decollauit Joanē & fuit filius herodis ascalonite. Tertius dict⁹ est agrippa qui iacobū occidit & petrū incarcerauit & iste fuit nepos antipatis. primus fuit innocentū interfector. ¶ Scdo consideremus sufferentiā. non enim eo ipo quo delusus fuit a magis pueros occidi mandauit. sed post aliquod tempus vt dicit Nichola⁹ de lira super Mattheū. cū vellet oēs pueros bethleem interficere ne xps sibi incognitus euaderet. ipedit⁹ est ab executione huius facti. eo qd a cesare augusto per epistolā fuit citatus. filiorū accusationibus responsur⁹. eundo āt romā & manēdo in curia & redeundo ad iudeā. apposuit annum & plus & ideo fere post duos annos ad regnum suū reuersus & in regno confirmatus. qr sniam pro se contra filios habuit. tunc perfecit necem puerorū prius in mente conceptā. ¶ Tertio consideremus herodis malitiā. tanto nanqz furore succensus fuit neqz herodes qd vt perderet xpm omnes pueros qui erāt in bethleem & in oibus finibus eius occidi mandauerit ab imatu & infra. id est ab infantibus duorum annorum. vsqz ad pueros quinqz annorum. Cui assertioni fidem facere videntur quedā ossa innocentū adeo grādia qd puerorū duos annos hūtium esse nō possunt. nisi dixerimus corpa tūc maioris quātitatis fuisse. vel ab imatu & infra. i. ab infātibus duorū ānorū vsqz ad pueros vnius noctis. vt eni ait Aug⁹ in sermōe. Timebat herodet ne puer cui astra famulabātur spem suā infra etatē vel supra paulo transformaret. tūc adimpletū est quod dictum est per Jeremiā prophetā. vox in rama audita est ploratus & vlulatus multus rachel plorās filios suos. vbi Hieronymus ait qd āt dicitur in rama nō putemus nomen loci esse qd est iuxta gabba. Sed rama excelsū interpretaf. vt sit sensus. vox in excelso audita ē longe lateqz dispersa. vnde Criso⁹ super hoc loco ait. ploratus fletum paruulorū ōndit. vlulatus aūt matrū significat lamentū. Et qr in euangelio dicitur rachel plorans filios suos. fm Nicholaū de lira methaphorice ē intelligendum quasi rachel sit mater bethleem rōne sue sepulture: qr ibi sepulta est vt habef Genesis. xxxv. ca. Hinc Hiero⁹ super Mattheū ait. Querif quomodo rachel filios alteri⁹ tribus. s. filios bethleez quasi suos ploret. Rńdemus breuiter qr sepulta fuit iuxta bethleez in effrata & materni corpusculi hospitiū nomen matris accepit siue qm iuda & beniamin qui d rachele natus est due tribus iuncte erant. Et herodes preceperat non solū in bethleez interfici pueros sed in oibus finibus eius. vnde p occisionē bethleem: intelligimus multos etiā de beniamin fuisse occisos. o quale edictū irrationabile & crudele. o qz lugubris & flebilis executio. o qz iniusta & iniqua occisio. Rapiebātur paruuli quidā a pectoribus matrū: quidā in cuna iacentes: quidā blande parentibus alludentes: quidā vrbane in domibus perambulātes: & sine vlla pietate: vel pijciebanf ad muros: vel feriebanf gladio: vel strictis in gutture manib⁹ suffocabanf: vidisses tūc in terra iacere cadauera paruulorū: vidisses & terrā paruulorū sanguine madefactā: vidisses matres in qualibet domo sparsis crinibus tam horrēdum flagitiū: singultibus lachrymis: & vlulatibus acclamantes.

¶ Qr innocentes patiendo pro xpo meruerūt decorari corona martyrij. ¶ Capitulum. iij.

Tertiū mysteriū ɔtemplandū df innocentū coronatio. ipsos vtiqz hac die honorat ecclesia: qm in celis coronā hūt martyrij. Sed circa hoc triplex reperif dicendi modus ¶ Primus est eorū qui tenent paruulos istos occisos nihil meruisse: eo qd in eis nondū erat expeditus rōnis vsus nec voluntarie pro xpo patiebanf. Cōtra quos est auctoritas vniuersalis ecclesie: que illos martyres noiat & appellat. vñ dicit in orone. De⁹ cuius hodierna die preconiū innocentes martyres: nō loquendo sed moriendo: ɔfessi sunt. Et Aug⁹ in sermōe hodierne festiuitatis ita pulchre loqf. Hodie fres charissimi natalem illorū infantū colim⁹ quos ab herode crudelissimo rege interfectos esse euangelij textus eloquif. Et ideo cū sūma exultatione: gaudet terra nr̃a celestiū militum & tantarū parens fecunda virtutū. Ecce pphanus hostis nunqz beatis paruulis tantū prodesse potuisset obsequio quantū profuit odio nā sicut sacra pn̄tis dici festa manifestāt: quā tū ɔ beatos paruulos iniquitas abūdauit tā tū in eis gr̃a diuine bñdictionis effulsit. Btā

es o bethleē terra iuda que herodis regis ima
nitatē in puerorum extinctionē perpessa es:q̄
sub vno tempore candidatā plebem imbecil
lis infantie deo offerre meruisti: digne tñ illo-
rum natalem colimus quos beatius eterne vi
te mundus edidit q̄ꝫ quos mundo maternoꝝ
viscerū partus effudit. hec Aug⁹. qui merita
innocentū elegantissime perorauit. ¶ Scd̄us
modus dicendi est alioꝝ qui tenuerunt. ꝙ in
innocentibus miraculose accelerat⁹ fuit vsus
liberi arbitrij: ita ꝙ voluntarie passi sunt. Sꝫ
cum hoc nō inueniat̃ in scripturis expressum
neqꝫ a doctoribus affirmatū: non est a vobis
ita leuiter acceptandū. q̄ꝛ vt Hiero⁹ refert in
ep̄la ad paulinum. Quod de scripturis sanctꝭ
auctoritatē non habet eadem facilitate contē-
nitur qua probat̃. Et propterea est tertius mo
dus dicendi fm̄ Tho. ſa ſe. q. cxxiiij. Qꝛ mar-
tyrij gloriā quam in alijs ꝓpria voluntas me
retur illi paruuli occisi per dei grām sunt asse-
cuti. nam effusio sanguinis propter xp̄m vicē
gerit baptismi. vnde sicut pueris baptiçatis
ꝑ grām baptismalē meritū xp̄i operat̃ ad glo-
riam obtinendā. Ita in occisis propter xp̄m:
meritū xp̄i operat̃ ad palmā martyrij obtinē
dam. Et hoc est quod Aug⁹ dicit in quodā ser
mone: quasi alloquens innocentes. Ille inquit
de vestra corona dubitabit in passione ꝓ xp̄o
qui etiam paruulis baptismū prodesse nō exti
mat: non habebatis etatē qua in xp̄m passurū
crederetis: sed habebatis carnē in qua ꝓ xp̄o
passuro passionem sustineretis. hec ille. Cum
itaqꝫ viderimus hos paruulos felicissimos ce
licolas esse factos: q̄ꝛ propter xp̄m passi sunt.
eos ita veneremur vt etiā pro dn̄o iesu xp̄o si
mul cum eis pati non timeamus. Qui pro se
laborantes exaltat in fine ꝛ beatos facit in re
gno glorioso celoꝝ: in quo viuit ꝛ regnat per
infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimusprimus de beato
georgio martyre qui fortis fuit in bello tem-
porali ferali ꝛ passionali.

Fortis fuit in bello
Scribunt̃ hec verba originalit̃
Ecclesiastici. xlvi. ca. Gaudet in
celis beatissimus georgius q̄m
legitime certauit in terris. Corona quippe vi
ctoribus datur vt inquit Aug⁹ in omelia. ꝛ bẜ
paulus expressit. i. ad Thimo. ij. ca. Non coro-
nabit̃ inquit nisi qui legitime certauit. quā-ta

Xp̄o fuerit georgij probitas ꝛ animi fortitudo
declarat Ambrosius in prefatōe vbi ait. Ge-
orgius fidelissimus miles xp̄i dum xp̄ianitatꝭ
professio silentio tegeretur: solus inter christi-
colas dei filium est confessus: cui ꝛ tantā fidei
constantiam gratia diuina concessit: vt tyran
nice potestatis precepta contemneret ꝛ innu-
merabiliū non formidaret tormenta penarū.
hec ille. verūtñ vt virtutum eius ꝛ sanctitatis
excellentiam diffusius explicemus in presenti
sermone curabimus aperire. in quibus bellis
inclitis hic preliator fortis inuentus est ꝛ vi-
ctoriosus. nam lꝫ verba proposita de iosue di
cantur ad litterā: tñ appropriate cōuenire pos
sunt sctō georgio xp̄i militi inuictissimo. Qui
fortis fuit in triplici bello.
Primo in bello temporali.
Scd̄o in bello ferali.
Tertio in bello passionali.

¶ Qualiter beatus georgius miles fuit stren
nuus. Et an sit licitum militare: atqꝫ de duo-
decim conditionibus quas habere debent hi:
qui volunt laudabiliter militiam exercere.
¶ Capitulum. j.

Primo beatus georgius fuit fortis in bel
lo tp̄ali. deseruiuit quippe laudabiliter
exercitio militari. vñ interrogatus a datiano
p̄side: vñ esset aut quo noie vocaret̃. R̄ndit ge
orgius vocor ex nobili capadocū prosapia. pa
lestinā xp̄o fauente deuici: sed oia deserui: vt
seruire possum liberius deo celi. Sed i hac p̄te
quereret aliq̄s: vtrū pctm̄ sit militare. Ad qd̄
r̄ndet Aug⁹ li. de verbis dn̄i. Et ponit̃. xxiij. q.
i. ca militare. Militare inquit nō est pctm̄: sed
ꝓpter predā militare pctm̄ est. Et idē ad Bo-
nifaciū. ꝛ no. xxiij. q. i. ca. noli. Noli extimare
neminē deo placere posse: q armis bellicis mi
nistrat. In his erat sctūs dauid cui dn̄s tam
grande perhibuit testimoniū. In his etiā plu
rimi illi⁹ tp̄is iusti. In his erat ille centurio q
dn̄o dixit. Non sū dignus vt intres sub tectū
meū. Et idē ꝯ manicheos. ꝛ habet̃. xxiij. q. i. ca.
quid culpat̃. xp̄s tributa cesari monet reddi q̄ꝛ
propter bella necessaria militi stipendiū prebe
tur. Et de hoc ita scribit̃. xxiij. q. i. ca. paratus i
fi. Nā si xp̄iana disciplina oia bella culparet:
hoc potius consiliū salutis petentibus in euā
gelio diceret̃: vt abijcerent arma seqꝫ oino mi
litie subtraherent. dictū ē āt eis. neminē cōcus
seritis. Estote contēti stipendijs vestris. Qui

bus ꝓpriū ſtipendiū ſufficere precepit debere
militare vtiqꝫ non prohibuit. glo. ſup illo ver
bo concuſſeritis. Concutere eſt aliquid petere
vltra debitū rōne officij alicuius. Notandū
tñ ꝙ volēs debite ⁊ laudabiliter exercere: duo
decim debet conditiones habere.
Prima dr̄ laicalis ſtatus.
Scđa virilis ſexus.
Tertia diſpoſitum corpus.
Quarta affectus iuſtus.
Quinta animus magnus.
Sexta preuium exercitium.
Septima victus ſobrius.
Octaua promptum obſequium.
Nona fidelitas firma.
Decima prudentia circūſpecta.
Vndecima miſericordia benigna.
Duodecima ſuperna confidentia.
¶ Prima conditio dr̄ laicalis ſtatus. nam cle
ricis ⁊ alijs ad cultū diuinū deputatis inter
dicit̄ vſus ⁊ officiū artis militaris. Sicut pꝫ
xxiij. q. viij. ca. i. vbi dr̄. Cū petrus qui primꝰ
apl'orū mālem gladiū vellet exercere vt magi/
ſtrū a iudeorū iniuria defenderet: audiuit. con
uerte gladiū tuū in vaginā. Idē confirmatur
eadē cā ⁊ qōne. ca. cū a iudeis. ca. nō pila. ca. cle
rici. ca. quicunqꝫ. Et di. l. ca. clericum. dr̄. Non
conuenit militibꝰ eccleſie militare ſeculo. Rō
eſt ſm Tho. ſa ſe. q. xl. q2 i militari arte multa
eſt inquietudo ꝯria clericali officio: ita ꝙ non
ſunt compatibilia. ꝓpterea dixit apl'us. ij. ad
thimo. ij. ca. Nemo militans deo implicet ſe
negocijs ſecularibus vt ei placeat cui ſe ꝓba
uit. Ad dictū ponit̄. lxxx. di. ca. cōſequens. Et
xvi. q. i. ca. ſunt nōnulli. Et. xxi. q. iij. ca. placuit
Et. xxiij. q. viij. ca. reprehēſibile. ⁊ extra ne cle.
vl' mo. ca. multa. ⁊ ca. ſed nec. Notandū tñ ſm
Tho. ⁊ Alexandrū de ales in. iij. voluīe ſūme.
q2 lꝫ clerici nō poſſint nec debeāt pugnare ma
nu: pñt tñ in caſu pugnare nutu: iuſſu: vel au/
xilio. ſicut ꝓbat̄. xxiij. q. viij. ca. igit̄. ⁊ ca. ſcire
nos oportet. ⁊ ca. oi timore. in ca. hortatu dr̄.
Hortatu ⁊ precibꝰ adriani romani vrbis epi
Exhortatus carolus rex bellū ꝯ longobardos
ſuſcepit. Et in ca. vt pridē habetur. ꝙ beatus
gregorius ciuibus tuſcie mandauit. vt contra
longobardos arma pararent ⁊ militibus ſti/
pendia decreuit. Nec ſolum pugnare: ſed etiā
arma deferre interdictū eſt clericis. vt patet d
vita ⁊ hone. cle. ca. clerici. vbi dr̄. Clerici arma
portantes excōmunicentur. glo. tamen ibi di/
cit. Q2 ſi tranſitum faciunt per loca periculoſa
tunc poſſunt portare arma: ad terrorem latro/
nū: lꝫ percutere nō debeant niſi vim vi repel/
lendo cum moderamine inculpate tutele.
¶ Secunda conditio eius qui militiaꝫ habet
debite exercere dicit̄ virilis ſexus. qui eñi vult
militare vir eſſe debet: non mulier. eo ꝙ muli
eribus conditio non eſt apta bellicis artibus.
ſunt nanqꝫ mulieres pauide: timide: molles ⁊
delicate: nec ſufficiunt ferre labores qui requi
runtur in preliantibus. Verūtamen quādoqꝫ
inuente ſunt alique mulieres bellicoſe ⁊ ſtren
nue ſatis. Iudith quidem vidua vt ſcriptura
ſctā tradit. truncauit caput holofernis. Pan
thaſilea amico regina in auxilium troyanorū
venit. multaqꝫ in bello cum ſuis puellis egit
ſtrennue ac viriliter dimicando. De thamiri
maſſagetarum regina ſcribunt iuſtinus ⁊ oro
ſius. ꝙ non muliebriter quando cirus bellum
ſibi intulit: aduentu hoſtium territa eſt. nam
cum prohibere ipſos tranſito araxis fluminiſ
poſſet tranſire permiſit: ſperans ſibi faciliorē
victoriam inter terminos ſui regni: ⁊ hoſtibꝰ
fugam difficiliorem obiectu fluminis. Et cuꝫ
cirus flumē pertranſiſſet firmaſſetqꝫ aliquan/
tiſp caſtra: ſimulato metu. quaſi fugiēs inſtru
cta caſtra vino epuliſqꝫ deſeruit. Quod cum
regine denunciatum foret. adoleſcentulum fi
lium ad ſequendum eum cum tertia parte co/
piarum miſit. Adoleſcens autem rei militariſ
ignarus cum veniſſet ad caſtra tanqꝫ ad epu/
las: nō ad prelia omiſſis hoſtibus prorupit ad
crapulas. cirus autem per exploratores edo/
ctus nocte reuertitur cunctoſqꝫ cum regine
filio interfecit. At virago thamiris: perdito
vnico filio ⁊ militantium magna parte. non
lachrymis ſed hoſtiū ſanguine cogitat iniu/
rias vindicare. ſimulata igitur diffidentia ꝓ/
pter vulnus recenter acceptuꝫ. cirum ſemper
refugiebat quouſqꝫ hoſtem in inſidias traxit
ci ingrederet. Nā vt in eius legenda narratur
ipse natus est valentie ex familia ferrariorum
parentibus clarissimis: et honestis. Qui tres
filios genuerūt. s. petrū vincentiū et bonifaciū
hic bonifacius fuit iuris vtriusq doctor peri
tissimus: qui extincta vxore suasu bti vincētij
cartusiensiū habitū suscepit: in quodā mona-
sterio extra muros valentie: qd ab incolis vo
cat porta celi. Et ob sue vite grauitatēq mo-
rū: post quattuor annos illius ordinis electus
fuit rector generalis. Et vt de btō vincentio
dicamus quibusdā indicijs quantus euasurus
esset ostensū est. Patri nanq eius dormienti
nocte quadā visū est q cū in ecclesia frm̄ pre-
dicatorum esset quedā virū venerabilē in habitu
scti dn̄ici pdicantē audiebat. Cūq illū attēte
deuotissimeq audiret. Ille dicebat. Cōgratu
lor tibi, O fili dilectissime. post paucos eni dies
vxor tua pariet tibi filiū: cuius erit tanta vite
integritas: tanta doctrine vtilitas: tāta fame
ac mirabiliū operū claritas: q oēs hispaniarū
galliarūq ppl'i cū tāq̄ vnū ex veteribus aplis
venerabunt. Eritq frater ordis cuius me eē vides
post que dicta multitudo q̄ ibi adesse videbat
magnis vocibus deo grās referebat. Itaq dū
et ipse in illius modi grarum actione sese multitudi
ni cōformē reddere conaret: statim excitatus ē
conatuq vocis dormientē vxorem excitauit.
Mater insup ipsius vincentij dū ɔcepisset satis
leuit eū portauit. Et dū eū gestabat i vtero au
diebat sepe tāq̄ voces canis latrantis emitti
qd a multis dei seruis pcipue a ioāne valētine

vrbis cp̄o: Interpretatuꝫ eſt ꝙ filius quē reti
nebat in vtero futurus eſſet euangelij xp̄i fer/
uentiſſimus predicator. Dū aūt ex vtero infās
prodijt: ⁊ ad baptiçanduꝫ delatus eſſet: multa
erat inter ſuos de noīe ei imponēdo diſſenſio.
At ſacerdos illū baptiçans. Vincentius inqt
vocetur. qđ ⁊ factū eſt. In infantia ſua quietus
erat ⁊ aſpectu decorꝰ: ⁊ grandiuſculus factꝰ
freqn̄tabat eccleſias: audiebatq; libēter p̄dicā
tes: quoꝝ geſta ⁊ vocē motuſq; quaſi p̄dicās
alijs pueris referebat. Tādē lr̄is traditus eua
ſit in virū doctiſſimū. Ita vt inter eos qui va
lentie phiaꝫ: theologiamq; ꝓfitebantur: ſūmus
oim haberetur. Dū aūt decimūoctauū attigit an
nū: pr̄ eius allocutus eſt eū dicens: vt ex tribꝰ
eligeret vnū: aut vxorē duceret: aut ad roma/
nā curiā pergeret: vt ibi exaltaretur: aut ordinē
frm̄ predicatoꝝ intraret. Cui vincentiꝰ rn̄dit
aīo iam diu concepiſſe vt ſcti dn̄ici ſuſciperet
habitū: quē pr̄ ad mr̄em duxit: eiq; filij ꝓpoſi
tū indicauit. Cū bn̄dictione itaq; vtriuſq; pa
rentis: ad cōuentū fratrū predicatoꝝ acceſſit:
qui eū letantes ad ſacrum ſuū ordinē recepe/
runt. ¶ Scđo fuit idoneus beatus vincentiꝰ
ad predicandū verbū dei rōne ſcie excellentis
Quanta debeat eſſe predicantiū ſcia. dixi in
quadrageſimali nr̄o: in ſermone de verbo dei
Sufficiat igitur in hoc loco exprimere: q̄ꝫ fuerit
doctus beatus vincentius. Ipſe nāq; poſt ſu
ſceptū habitū or̄oni ⁊ lectioni ſe totum dedit
Et cū eius doctrina nota eſſet a priore conuen
tus iniunctū fuit ei: vt ꝓ fratrū adoleſcentuꝫ
ꝓfectu de dialetica ⁊ de phia aliquid legeret.
ꝙ cū humiliter iocundeq; acceptaſſet: rumor
impleuit aures multoꝝ ciuiū. Et ad eiꝰ lectio
nem multi ſeculares confugerūt audiebantq;
eū legētē ſupra ſeptuaginta. In quo exercitio
tres continuos annos conſūpſit. poſtmodum
miſſus fuit barchinonā: ⁊ inde hileridā in q/
bus ciuitatibus eo tp̄e florebant ſtudia libera
liū diſciplinarū. Tandē cū theologie dediſſet
operā: vigeſimūoctauū annū agens magiſtra
li corona fuit inſignitus: poſtea redijt valētiā
Vbi honorifice ſuſceptus eſt: ⁊ ꝑ ſex ānos pu
blice legit ⁊ predicauit. Ad quē etiā ex vicinis
ciuitatibus multi confluebant vt eum ⁊ predi
cantem audirent: ⁊ ſub tam inſigni lr̄aꝝ ⁊ mo
rū preceptore ꝓficerent. Inter hec tp̄a venit
valentiā: petrus de luna cardinalis. ſ. clemens
qui clemens electus fuerat in fundenſi ciuita/
te: ab illa parte cardinaliuꝫ: que diſceſſerat ab
vrbano ſexto. Is ergo Petrus miſſus erat le
gatus ad Carolum francorū regem qui audi/
ta fama beati vincentij eum ſecū duxit: ac tā/
diu tenuit donec peracto legationis tempore
ad ipſū pontificem redijt. Tantū aūt fuit gra
ta cardinali vincentij conuerſatio: ꝙ vix mul
tis precibus impetrare potuit licentiā: vt redi
ret valentiā ad conſueta legendi ⁊ predicandi
exercitia. ¶ Tertio fuit idoneus beatus vincē
tius ad predicandū verbum dei: rōne vite re/
ſplendentis. Fuit equidē vita eiꝰ virtutū ſplē
dore decorata. Naꝫ q̄ꝫtum pertinet ad carnis
mortificationē. xlij. annis cōtinuis ieiunauit
exceptis dn̄icis diebus. Et ſextis ⁊ quartis fe/
rijs in pane ⁊ aqua: a quo ieiunio nunq̄ꝫ abſti
nuit: niſi qn̄q; ex corporis infirmitate. Itine/
rabat diſcurrendo nō equitans: ſed proprijs
pedibus: contentus ſolo baculo quē manu ge
ſtabat. Idq; fecit viginti duobus annis. Sed
poſtea ex quadā infirmitate ſuperueniente in
tibia grauior effectus fecit ſibi perquiri aſinū
quo vehebatur quotiens de ciuitate in ciuita
tem volebat proficiſci. A tp̄e autem quo cepit
euangeliçando diſcurrere: vſq; ad extremū vi
te ſue terminū: nunq̄ꝫ niſi aut ſuper ſarmento
rū: aut palearū: aut huiuſmodi rerū ſtramini/
bus: aut paupere ſacculo modica lana pleno
cū eiſdem veſtibus quibus indutus erat dor/
miebat. A prima inſuper adoleſcentia vſq; ad
vite ſue terminū: ſingulis noctibus corpus ſu
um diſciplinis flagellabat. Et ſi forte egritudi
nis impedimento illud facere nequiuiſſet: hoc
a ſuis fidelibus ſocijs fieri volebat. Quid de
illius hūilitate dicemus: que tanta fuit: vt q̄ſ/
cunq; dignitates eccleſiaſticas animoſus effu
gerit. Nā nec dignitateꝫ cardinalatus voluit
acceptare. Defuncto nāq; clemēte auinnioni:
creatus fuit petrus de luna: qui fuit bn̄dictus
xij. A quo ꝑ lr̄as vocatus fuit ſctūs vincentiꝰ
⁊ confeſſor eius factus: ac mgr̄ ſacri palatij.
Et qm̄ romana eccleſia tunc ſciſmate fluctua
bat. Erātq; tres pontifices. videlicet ipſe Be
nedictus. xij. Gregorius. xij. ⁊ Joannes. xxiij
Facto concilio conſtantienſi in quo creatus
fuit papa Martinus qntus. Cū renūciaſſent
gregꝰ ⁊ ioānes: btūs Vincentiꝰ ꝓ pace ⁊ vni
tate eccl'ie ſuaſit bn̄dicto. vt ⁊ ipſe cederet. qđ
cū ille facere recuſaret licentiā petijt diſceden
di. Pontifex vo aduocatis multis ex prelatis
qui eius curiaꝫ ſequebantur: paratoq; rubeo
pileo: voluit eū facere cardinalē: at ille gratias

ei referens oblatū sibi honorē penitus recusa
uit: ⁊ licentiā petijt quā tandē obtinuit: vt ꝑ/
geret ad diuersas mūdi partes predicans re/
gnū dei. quāte āt fuerint mūditie ⁊ puritates
quantūue castitatē dilexerit: ostendunt preci/
pue duo exempla: que de ipso verissime recitā
tur. Primū est: ꝙ dū ipse predicabat valentie
Mulier quedā capta fuit amore ipsi⁹: que fin
gens aduersā valitudinē atqꝫ i lecto decubās
vincentiū vt ei confiteret̃ postulabat aduoca
ri: qui veniens ad eam intransqꝫ camerā eius
exeuntibus alijs remansit ipse solus: qui ad
pniam cepit puellā exhortari. At illa blandis
verbis ei suū secretuꝫ apperuit: inhonestosqꝫ
gestus corporis ei exhibuit: que oīa ille abhor/
rens: prius eā charitatiue cōmonuit. inde ab
illa secessit: que cōfusa cogitauit clamando vi
ro dei infamiā inferre. Et q̃ꝫ primū vocē volu
it emittere: diabolus eius corpus grauissime
vexare cepit: ⁊ cū id fecisset dieb⁹ multis. Tan
dem cepit dicere. Ex hoc corpore nūq̃ꝫ me po/
teritis pellere: nisi huc veniret vir ille qui i me
dio positus igni: non potuit ab igne comburi.
Et cū audientes nescirent quid vellēt hec ver
ba significare. quidā de circūstantibus dixit.
Aduocet̃ fr̃ vincentius qui cōfessionē eius au
diuit: ⁊ est vir sctūs ⁊ sapiens: ⁊ intelliget hec
qui vocatus aduenit. Et ecce demon vllulatū
teterrimū emittens. heu adest inquit vir ille q
in medio ignis positus nō fuit ab igne cōbu/
stus. Et hec dicens protinus abijt. Et corpus
semimortuū dereliquit. Scd̄m qđ de illo com
pertū est dum adhuc valentie fuisset narratur
Suggessit eni diabol⁹ nōnullis inuidis ⁊ ma
lignis: vt mulierē quandā meretricē speciosis
simā precio ductā i cellā eius nocte introduce
rent. Capto ergo oportuno tpe q̄ videlꝫ vin/
centius ipse ex more in ecclesia orōni instabat
Memorata femina in cellā eius introducta ē
Vincentius ab orōne regrediens clauso ostio
⁊ in locū vbi dormire solebat veniens: reperit
mulierē sedentē: ⁊ in primo aspectu vehemen
ter obstupuit: ⁊ anteq̃ꝫ eā alloqueret̃ multa co
gitauit. Sed tñ nō extimauit illā esse mulierē
quin imo putabat diabolum esse: qui in specie
mulieris eū decipere voluisset. Vnde hoc pa/
cto locutus ē. Que tibi cā fuit vt huc venires
in tali forma maledicte diabole: qui seruis dei
nouis dolis semꝑ insidiaris. Meretrix rñdit
Femina sum nō diabolus. Sed obsecro te vt
me patienter audias. fere quattuor mēses sūt
ꝙ tuo amore sū capta: frequenti tentaui vt vel
diei vel noctis tpe: ad te venire potuissē. Sed
nunq̃ꝫ mihi misere sese obtulit oportunitas.
Nunc āt a nemine hoim visa: huc ingressa sū.
Et necessariū est vt hoc in lectulo sil' hac nocte
dormiamus. Eroqꝫ de cetero tibi deditissima
⁊ famā tuā cū silentio conseruabo. hec ⁊ silia
loquens in oscula ⁊ in obscenos amplexus ru
ere voluit. Ac vincentius viriliter ei resistens
dure illā increpauit. Que cōpuncta ꝓrupit in
lachrymas ⁊ cām quare ad ipsū tentandū ac/
cesserat: reserauit. petijtqꝫ humiliter veniā ꝓ
misitqꝫ meretriciū relinquere. Sicqꝫ ab eo cū
multa mentis cōtritione discessit atqꝫ relicta
spurcitia meretricali: virū accepit: ⁊ de cetero
modestissime vixit. Quib⁹ exemplis facile in/
ducimur vt eū virginitatis corona credamus
redimitū. Sed adhuc mansuetudinē illius co
gimur admirari: que tanta fuit vt iniurias ⁊
insidias maloruꝫ equo aio ferret: illisqꝫ pijssi/
me indulgeret. Inter cetera tñ stupenda que
ai sui benignitatē ostendūt occurrit vnū expli
candū. ꝙ in ciuitate valentie euenit. Frater q/
dam theologie magister lasciuus ⁊ dissolutus
inuidens fame ⁊ opinioni scti vincentij. post
multas detractiones: voluit nomen scti viri
mō qui sequit̃ maculare. Introduxit quidem
nocte in cōuentu meretricē quandā que secū
dormiuit. Erat mulier hec aduena: que ⁊ illis
diebus valentiā aduenerat. Mane āt ꝑsoluto
precio meretrici: non tñ qualē se habiturā spe
rabat: eā vt potuit secreto emisit. Illa Xo vul
tū fratris intuita vt videlicet eū ꝑ effigiē pos/
set agnoscere: anteq̃ꝫ cellā egrederet̃ euꝫ obse
crauit: vt sibi suū nomen indicaret. At ille vo
cor inqt mgr̃ vincēti⁹. Abijt meretrix ⁊ lenoni
eius multisqꝫ alijs dixit. ꝙ in cōuentu fratruꝫ
predicatoꝝ ꝑ integrā nocteꝫ cū magistro vin
centio dormisset: nec tñ dignam laboris merce
dem accepissꝫ: ita factū est: vt turpis hec fama
ꝑ vniuersā vrbē diuulgaret̃. ꝑ idem tempus
erat valentie germanus ille scti vincentij bo/
nifacius: de quo in precedentib⁹ fecimus mē/
tionē: qui ⁊ in illo anno ꝓ patrie illius veteri
cōsuetudine mgr̃atū gerebat patꝝ iuratoruꝫ.
Huic multi que de beato vincentio dicebant̃
narrauerūt: que tñ ipse credere nec voluit nec
potuit: sed existimauit oīa ex inuidia emuloꝝ
ꝓcedere. Ex ei⁹ itaqꝫ ꝯsulto hi qui secū mgr̃a/
tū gerebant: statuerūt vt fieret in vrbe genera
lis processio: in qua oēs religiosi conuenirent.

Statuto aũt die bonifaciꝰ ipe ⁊ vniuersa nobilitas vrbis sese collocauerunt in loco quodaꝫ vbi meretricem illã stare voluerũt. Procedẽtibus ergo singulis fratibus tandẽ transeũte mgr̃o vincẽtio: illi nobiles interrogauerũt eã an ille esset cũ quo dormierat: non: inquit illa. Et adueniẽte illo qui scelus ꝑpetrauerat. Illa digito eũ demonstrãs. Ecce inquit iste est ille fr̃ ingratus. finita itaqꝫ processione bonifaciꝰ ceteriqꝫ nobiles: infamatorem aduocauerunt Qui pctm̃ suũ celare non valẽs: publice confessus est. pergensqꝫ ad btm̃ vincentiũ qui adhuc factũ ignorabat: ab eo cũ lachrymis veniã postulauit ⁊ obtinuit.

¶ De singulari excellentia predicationis bti vincentij: qui ⁊ multis annis ⁊ diuersis ppl'is predicauit dño cooperante: ⁊ sermonẽ miraculis confirmante. ¶ Capitulum. ij.

Secũdũ mysteriũ ɔtemplandũ de predicatione scti vincentij: dr̃ singularitatis. Fuit equidẽ predicatio eius singularis ⁊ excellentissima valde maxime propter tria.

Primo ꝓpter continuationem.

Scd̃o ꝓpter cõmunicationem.

Tertio ꝓpter confirmationem.

¶ Primo predicatio eius fuit continuata ꝑ plures annos. Nã lꝫ ante in multis locis verbum dei euangelisasset. tñ a tricesimooctauo sue etatis anno: cepit suarũ predicationũ continuũ exercitiũ ꝑseuerauit vsqꝫ ad septuagesimũ quintũ annũ vite sue: quo ex hac luce migrauit. In hoc aũt discursu reruꝫ suarum ordo talis fuit. Nocte quinqꝫ horas quieti ttribuebat: reliquas partes noctis aut orõnibus: aut sacris lectionibus occupabat. Mane vͦ ad locũ quo populi euangelizaturum expectabãt se conferebat. primũqꝫ ipse missam cantando celebrabat. deinde predicabat: postea volens satisfacere deuotioni populorum: eis manus osculandas prebebat. oblatosqꝫ sibi infirmos cruce signabat. Dicebatqꝫ. Signa autem eos q crediderint hec seqñt Sup egros manus imponent ⁊ bene habebunt. deinde adiciebat. Iesus marie filius mũdi salꝰ ⁊ dñs. qui te traxit ad fidẽ catholicã te ɔseruet in ea ⁊ btm̃ faciat ⁊ ab hac infirmitate te liberare dignet. Amẽ. Postea cibũ cũ dei bñdictõe sumebat. nunqꝫ voluit nisi vno ferculo vti. ab eo ãno q̊ religionẽ ingressus est. vsqꝫ ad terminũ vite a carnibus sꝑ abstinuit. vinũ m'lta aqua cõmixtũ sꝑ sumebat. ¶ Scd̃o p̄dicatio scti vincentij fuit excellens ⁊ singularis: rõe cõicationis. q: fuit multis ppl'is ⁊ gentibꝰ cõicata. Regiones eni in quibus predicauit: hec fuerunt. Catalonia: Regnũ valẽtie: Aragonia: vniuersa hispania in q̃ sunt portugalia: gallitia: nauarra. Predicauit ẽt in gallia: in comitatu tholosano: in linguadoch: in delphinatu: in auinione: in sabaudia: in aluernia: in hibernia: in burgundia: in normandia. Iuitqꝫ ad insulã maioricaruꝫ: ad angliã: ad scotiam descendit: In italiã: ⁊ vniuersã regionẽ pedis montis lustrans: demuꝫ venit vsqꝫ ianuã semper euangelizans: Predicauit ẽt alexandrie: vbi interfuit sctũs Bernardinꝰ tunc adolescẽs de q̊ ipe vincentiꝰ publice retulit ꝓphetico spũ. Futuꝝ illũ in breui totius lumen italie: qd̓ secutũ est. Scũs quidẽ vincentius. xxx. annis obijt priusq̃ꝫ sctũs bernardinꝰ. Et sctũs bernardinꝰ canonizatus est quinqꝫ annis priusq̃ꝫ sctũs vincentius. ¶ Tertio predicatio scti vincentij fuit singularis rõne cõfirmationis. q: fuit multis miraculis cõfirmata. Ex quibꝰ aliq̃ referamus. Discedente viro dei ex vico q̃ ẽ ciuitas catalonie: ⁊ versus barchinonã se cõferente ad quoddã hospitiũ declinauit. Illi vͦ quibꝰ erat cura de refectione: interrogauerũt hospitẽ: si qd sibi esset qd̓ viro dei ceterisqꝫ eũ comitantibus comedendũ apponeret. Hospes rñdit. nihil sibi esse nisi parũ farine parũqꝫ vini in dolio. Illi rñderũt: ex farina que tibi est cõficias tot panes: q̊t potes: vt saltim cibari possit hic seruus dei: ⁊ aliqui nobiles q eũ comitant: vinũ quoqꝫ de dolio extractũ iusserũt reponi: i quodã ligneo vase: qd̓ ab illiꝰ loci incolis portatoria vocat. Opportũo itaqꝫ tp̃e cepit btũs vincẽtiꝰ sese ad discũbẽdũ accigere. At viri p̄dicti ei nũciauerũt neqꝫ panẽ neqꝫ vinũ vniuerse m'titudini posse sufficere. Q: cũ audiuit vir scũs de sũma dei liberalitate ɔfisus: iussit eis ne cui dicerẽt aliud: sed panes quos habebant quomõ meliꝰ possent multitudini distribuerẽt: vinum vͦ in portatoria positũ: ab oĩbus queãdmodũ cõsueuerant sumi ꝑmitterent. Cepit inde bñdictiõe facta cũ vniuersa multitudine ferme triũ miliũ hoĩm discũbere. Mox aũt dũ panes qui erant quindecim distribuerent vinũqꝫ sumerent: non solũ ex eorum multiplicatione est illa multitudo saciata: sed etiaꝫ ipsũ vinũ qd̓ fere acetũ erat: in optimũ mutatũ est. Qd̓ vbi perpendit hospes humi ꝓstratus a btõ vincẽtio bñdici postulauit: quo viso miraculo oẽs deo

grãs retulerũt. Altera ꝟo die hoſpes prima
luce cõſurgens: paranſqꝫ ꝓ farina ⁊ vino ad
vrbẽ velle ꝓficiſci: archã farina ⁊ doliũ optio
vino vſqꝫ ad ſũmũ plenũ cõperijt. Aduocatiſ
deinde nõnullis tranſeuntibus eis rẽ geſtam
narrauit. Predicãte btõ vincentio in quadaꝫ
villa cõtigit vt narraret factũ illud mirabile q̊
fert̃: ſctã margarita diaboluꝫ in hũana ſpecie
ſibi apparẽtẽ humi ꝓſtrauiſſe. Erat inter eos
qui virũ dei ſequebant̃: adoleſcens quidã lom
bardus cuius erat multa ſimplicitas. Jdõ audi
ens duellũ illud cepit intra ſe dicere. Si deus
aliqñ ꝑmiſerit vt viſibili ſpecie diabolꝰ mecũ
certare voluerit eũ cõſiſ̃i mõ ſternaꝫ: tantũqꝫ
pedibuſ calcabo quouſqꝫ eũ ſuꝑauero. Igitur
circa primã ⁊ vigeſimã horã ex villa egrediẽs
captatoqꝫ ſibi oportuno loco ad orãdũ genua
flectens petijt a deo ſibi cõcedi vt diabolũ vi-
ſibili forma ei apparere ꝑmittat: de quo poſſet
victoriã reportare. Inter hec venit mulier q̃-
dã falcẽ manu deferens miſſa ad metendũ fer
raginẽ qua ibidẽ cãpus plenus erat. hec autẽ
mulier erat a natiuitate muta. Que veniens i
locũ videnſqꝫ adoleſcentẽ inter ſegeteꝫ genu
flexũ vehementer expauit ac aliquantuluꝫ re-
trocedens cepit vocẽ ſine expreſſione ſermõiſ
emittere: ⁊ ipſi adoleſcẽti quibuſdã ſignis ma
nuũ ⁊ capitis minabat̃. Ille cernens feminaꝫ
eſſe decrepitã corpore oblongã facie macilen-
tã laceratas veſtes habenteꝫ: voces altas ſine
expreſſione verboꝝ emittentẽ ſibi falce quam
manu portabat minantẽ: diabolũ eſſe eſtima-
uit: credid itqꝫ ſuas preces exauditas. quare in
eã irruens in terrã deiecit: veniſti inquit ma-
ledicte diabole veniſti. Non certe me viſibili
certamine ſuperabis: queꝫ inuiſibili ſuperaſti
tentatione ſepiſſime. Hec dicens crinibus eã
huc ⁊ illuc trahẽs mõ manibꝰ aliqñ falce quã
ipſa portauerat tamdiu verberauit totqꝫ ſibi
vulnera in facie ⁊ in ceteris corporis partibꝰ
intulit: ꝙ eã ſeminecẽ reliquit. Ad vocẽ auteꝫ
vtriuſqꝫ magna multitudo cucurrit: ⁊ viden-
tes qꝺ factũ fuerat adoleſcentẽ captũ carceri
detruſerũt. Relata ſunt hec beato vincentio:
qui corpus fere exanime ad ſe illico ferri iuſſit
mox frontẽ deinde pectus vltimo cor mulier̃
cruce ſignauit. Et ecce corpus qꝺ extinctũ vi-
debat̃ reſpirare cepit: ⁊ femina quã a natiuita
te oĩs catalonia mutã cognouerat: locuta eſt.
Et ſacerdotẽ petijt: cui cõfiteret̃: qui dũ veniſ
et cõfeſſa eſt ſingula ꝓferendo diſtincte: ac ſi

nunqꝫ muta fuiſſet: deinde petijt cetera ſacr̃a
ſibi cõferri: poſtremo ſe morientẽ dño cõmen
dauit: ⁊ loqui nunqꝫ deſijt quouſqꝫ ſpm̃ exala
uit. Adoleſcens ꝟo bti vincentij precibꝰ a ſu
ſpendio liberat̃: ⁊ iuſſu vincentij in italiã re-
meauit. In villa ſcti matthei nõ longe diſtan-
te ab vrbe valentie: in qua btũs vincentius ali
quos dies cõmoratus fuerat. viſus eſt vir qui
dã venerabilis ſpẽm ⁊ habitũ gerens hois he
remite: qui ſe vltro obtulit btm̃ vincẽtiuꝫ vna
cũ alijs ſecuturũ. Fuit ğ a cũctis magna cũ io
cunditate ⁊ hũanitate ſuſceptus. Itaqꝫ in ini
tio fuit eius cõuerſatio oibus gratiſſima. poſt
paucos ꝟo dies cepit detrahere doctrine bti
vincentij: ita vt aliquos ſubuerteret: venerũt
hec ad aures officialiũ. Qui eũ captũ ac cathe
nis vinctũ carceri mancipareũt. Altera ꝟo die
volentes eũ examinare: miſſiſ ad carcerẽ mini
ſtris qui eũ adducerent neminẽ niſi cathenas
inuenerũt. Mox ad virũ dei venientes reꝫ ge
ſtam narrauerũt: q ſurridens nõ hõ inquit vt
putabatis ſed diabolus fuit: volens impedire
fructũ quẽ ex predicatiõe mea multi ꝯſequunt̃
Oratione ſua in barbaſen ſedata fuit tempe
ſtas que mota eſt: dũ volebat populo predica-
re in feſto aploꝝ petri ⁊ pauli. Idem factũ eſt
tholoſe in feſto ſcti martini. In ciuitate carca
ſone a menſe iunio vſqꝫ ad ianuariũ tãta fuit
terre ſiccitas vt oẽs de fructibus colligendis
deſperarent. Aduocauerũt ciues btm̃ vincen-
tium qui tholoſe predicabat: ad quos cũ veniſ
ſet quarto die quo fuerat ciuitatem ingreſſus
finito ſermone: monuit populũ vt oẽs genua
flecterent: ⁊ dei miſericordiã implorarent: ipe
etiã orauit. deinde ſe erexit ⁊ in aere fecit ſalu
tare ſignũ: habito inquiens ⁊ dño grãs refe-
ratis. Exaudite ſunt orões veſtre: vix verba
finierat cum ſubito aer nubibus plenus eſt: ⁊
tanta aquarum abundantia eſt e celo dimiſſa
quantã incole illarũ regionũ ſeſe vidiſſe me-
minerint. In ciuitate caſtrẽſi que eſt in gallia
in feſto aſcenſionis xpi: oblatũ ſibi hoiem qui
paraliſim ſeptem annis paſſus fuerat: benedi
xit ⁊ ſanatus eſt. In qua ciuitate proxima die
maximã tempeſtatẽ motã dũ predicaret cru-
cis ſigno facto penitus fugauit. In monteſq-
no ñ longe a tholoſa. vir quidã gerardus no-
mine: morbum caducum patiens: accepta be-
nedictiõe a viro dei liberatus eſt. In loco quẽ
dicunt de monte oluio prope carcaſonã: quen
dam mercatorem cui nomen guilelmus: tribꝰ

annis visu orbatū post factam beneditionem
ad oculorum officium restituit. Valentie du/
ctum ad se hominem qui fuerat mutus qua/
draginta annis cruce in ore signauit: ⁊ ille sta
tim locutus est: semperqꝫ lingue officio vsus
fuit q̃ꝫdiu vixit. Surdum alium qui octo an/
nis nunqꝫ audierat: facto in eius auribus si/
gno crucis perfectissime audire fecit. Apud
mursiam hispanie ciuitatem: quodam estatis
tempore: tanta fuit locustarum ⁊ brucoꝝ mul
titudo. ꝙ in quattuor dierum spatio fere con
sūpserant quicquid viride habebatur in cam
pis. Vincentius illis diebus in ipsam vrbem
venerat: quez ciues lachrymantes requisierūt
vt pro ipsis oraret. Qui statim iussit aquam
afferri: eamqꝫ benedixit. deinde extra vrbem
egressus contra locustas ⁊ brucos ipsaz aquā
aspersit. Altera xᵒ die mortua comperta sūt
illius generis animalia. Voluit etiam deus
beatum vincentium spiritu illustrari prophe
tico. Nam ⁊ de calixto sicut etiam ⁊ mihi re/
tulit sanctitas sua: predixit matri eum filium
futurum pontificem maximuz. Barchinone
tempore quo erat maxima penuria predicans
populo: predixit duas naues ea die onustas
fore venturas de quibus nulla erat mentio.
Pronunciauit mortem cuiusdam fratris he
remitani. Et etiam cuiusdam alterius mona/
chi. Cum apud cesaris augustam nobilez ara
gonie ciuitatem predicaret medium sermonē
interrupit: cepitqꝫ vehementer flere: deinde la
chrymas tersit: denium ad populum iocun/
do vultu conuersus. Hac inquit hora mater
mea valentie extincta est: ⁊ ad requiem celestis
regni perducta. Que verba audientes notaue
runt. Et ex facti postea euidentia vera fuisse
comperta sunt.

¶ Quam fructuosa fuit predicatō sancti vin
centij in conuersione peccatoꝝ ⁊ baptiçatione
infideliū: ob qď gloriam ingentē adeptus est.

¶ Capitulum. iij.

Tertiuz mysterium contemplandum de
predicatione beati vincentij: dr̃ vtilita/
tis. Ex eius nanqꝫ predicatione triplex vtili/
tas est exorta.
Prima dr̃ pctōꝝ conuersionis.
Scďa infidelium baptiçationis.
Tertia suiipsius glorificationis.
¶ Prima vtilitas q̃ exorta est ex predicatōne
scti vincentij: dr̃ pctōꝝ cōuersionis. Quisnā
explicet q̊t pctōres audiētes verba vite ab ore
vincentij ꝯuersi sunt ad dñm deū suū: fuerūt
fere inumerabiles: int̃ q̊s fuerat capitale odiū
multoꝝ annoꝝ pp necē: aut amicoꝝ aut affi/
niū aut ꝯsanguineoꝝ generatū: qui eo p̄dicā
te cū magna cōpunctōe: in mediū surrexerūt:
clamantes se velle parcere inimicis: ⁊ homici
dis: vir aũt dei in his multa cautela vti solebat
Nā hmōi penitentes iubebat primuz oscula
pacis dare inimicis. Deinde spectāte vniuer/
so populo: a notario publico quez ad hoc ipse
secum ducere cōsueuerat: illorum remissiones
annotari faciebat. Meretrices: lenones: homi
cidas: pirratas: dei ⁊ sctōꝝ blasfemos: ⁊ hu/
iusmōi generis hoies q̃draginta fere milia re
duxit ex sceleꝝ ꝓfunditate: nō solū ad mentiū
ꝯtritionez sed ēt ad agendā pniam publicam
Nec durū videri dz ꝙ tātū fructū fecerit aia/
rum: qñ vt predictū est predicabat dño coope/
rante ⁊ sermonē cōfirmante seq̃ntibus signis
Inter que erat mirabile valde. ꝙ apud vniuer
sos hispanie gallieqꝫ ⁊ italie populos: sua pre
dicatio fuerit ⁊ ꝗ sua lingua materna fuerit
locutus: oēs tñ sic loquentem intelligebant:
fructūqꝫ sue doctrine capiebant: perinde ac si
singulorum auditoꝝ lingua loqueret̃. Huius
rei testes fuerunt plurimi theotonici ⁊ angli/
ci: quoꝝ idioma quantū distet a lingua valen
tinorum: nouit populus vniuersus. Testis est
⁊ illa gallie regio que nr̃is tp̃ibus britania ap
pellatur. In qua duobus annis stetit ⁊ ibi feli
cem cursum vite consūmauit. Sunt in illa pa
tria hoies vtriusqꝫ sexus inumerabiles: quos
vocant britones britoniçantes quoꝝ idioma
obscurissimū est: vtpote nullis nisi ipsis cogni
tum: ⁊ qui sunt non nisi se inuicem intelligen/
tes: qui tñ virū dei nō minꝰ intelligebant: q̃ꝫ si
in eorū lingua predicasset. Ibi multa deus per
illū miracula fecit. Vxor quippe duc̄ britanie
⁊ francie regis filia religiosissima: multis an/
nis infecūda fuit. Sed postq̃ꝫ a vincentio be/
nedictionem accepit: concepit: peperitqꝫ filios
quorum vnus fuit petrus: vir magne probita
tis: qui patri successit: fuitqꝫ dux britanorum.
Maxima itaqꝫ multitudo erepta est de mani
bus diaboli: mucrone predicationis sue. Erat
enī in vitiorum reprehensione terribilis: adeo
ꝙ frequentissime accidit vt multi in peccatis
obstinati eius predicationē audientes: sic cō/
moti sunt vt in terrā tremebundi prostrati co
rā vniuersa multitudine veniā precarent̃. Et
q̃ꝫuis ipsis pctōribus sic terribilis videret̃: tñ

sua verba cū tanta moderatōne mitigabat: ꝙ ipos miro quodā mō alliciebat vt ad eū audiēdū traherent. ¶ Scda vtilitas que ꝓuenit ex predicatione sctī vincentij dr̄ infideliū baptiçatio. Contra iudeos nanqꝫ ita acutus ac copiosus acerqꝫ disputator fuit: eisqꝫ ita scripturaꝝ sacraꝝ sensū aperiebat: vt in diuersis ciuitatibus sup̱ vigintiquinqꝫ milia fecerit baptiçari. Multi quoqꝫ sarraceni quoꝝ in hispania magna copia est: sacrilegā ipsoꝝ sectā abnegantes suasione eius sacrū baptisma susceperūt: quoꝝ numerus octomiliū ferme fuit. Tāʒ gratiosa erat doctrina eius: vt ēt ipsi infideles qꝫ sepe vltro currerēt ad ipsū audiēdū. Apud cartusiā catalonie ciuitatē: cū ascendisset ad p̄dicandū nō statim cepit vt solebat. Quāobrē expectans pp̄lus admirabat: quid sibi vellet illa mora in silentio. Ipse āt hoc aīaduertens. Nulla inquit sit in vobis admiratō. Expecto eni grām dei vobis aduenturā. venient nāqꝫ huc hoīes quoruʒ aduentus vobis oībus erit gratissim⁹. vix verba finierat. Et ecce iudeoꝝ multitudo illuc veniens dixit: se velle vincētij doctrinā audire. At vincentius corā oī multitudine eos interrogabat: quisnā eis suaserat vt illuc ꝓficiscerent. Illi rn̄derunt ꝙ nemine suadente sed sua ꝓpria sponte venerant. Igit vincentius dicendi principiū fecit: ⁊ tāta gr̄a diffusa est in labijs ei⁹ vt illa die multi ex illis iudeis ad fidē xp̄i conuerterent. Rex granate audita suoꝝ opeꝝ celeberrima fama misso legato quodā viro in sua lege doctissimo eū ad suū regnū ire obsecrauit: vt nō solū videre sed etiā predicantē audire potuisset: fide publica sibi promittens: vt in eius regno posset legem xp̄i libere predicare: ꝙ ⁊ factū est. At ip̄e rex vidēs ex ea re multos ex suis sacrū baptisma suscepturos timens ne ex hoc pelleret a regno n̄ est passus: vt vir dei ibi sermonē diuinū effunderet: ob qꝺ ipse ad xp̄ianos redijt. ¶ Tertia vtilitas q̄ exorta est ex predicatione sctī vincētij dr̄ sui ipsi⁹ glorificatio. Voluit eni de⁹ ipʒ gloriosū reddere: nō solū in beata vita: sed in hoc mūdo tā in morte qꝫ ēt p⁹ mortē. Cū eni ex britania decedere decreuisset. Ex venetensi vrbe asino vt solebat vectus nocte iter arripuit: p̱gensqꝫ multa milia passuū demū lucescente die ante portas ciuitatis se eē deprehendit. Qua ex re ad socios cōuersus. Redeamus inquit fratres in vrbē qr dei voluntas est: vt hoc loco vite nostre cursus peragat. Paucis post diebus occupatus grauissimis febribus fr̄es suos conuocauit: eisqꝫ dixit se ex hac vita migraturū. Factaqꝫ p̱ eū humili confessione absolutioneqꝫ plenaria absolutus ꝑm ꝯcessionē sibi factā a martino quinto salutaria sacramēta venerabilis senex oīa religiose suscepit. Appropinquante xͦ termino vite petijt vt legeret passio xp̄i: iuxta narrationē quatuor euangelistatum. Postea voluit audire septeʒ psalmos penitentiales. In fine xͦ totus iocundus ⁊ hilaris iunctis eleuatisqꝫ manibus ac oculis in celum Felix illa anima ad dn̄m euolauit. Nonas aprilis anno dn̄i millesimoquadrigentesimodecimonono. Et quēadmodū dum viueret multis claruit miraculis. sic post eius mortem vsqꝫ in hodiernū diem miraculis rutilare non cessat. Hunc calixtus tertius in die ⁊ in festo sancti petri cathalago sanctorum pro consuetudine xp̄iane religionis asscripsit. Hunc omnis ecclesia dei merito veneratur. hunc fideles precipuum patronum habent: ⁊ aduocatum: qui eius presidium implorantib⁹ cum fide ⁊ deuotione liberalissime subuenit. Cuius meritis deprecemur xp̄m vt nobis tribuat eternam pacem. Amen.

¶ Sermo sexagesimus de corona beati petri martyris ordinis predicatoꝝ.

Coronabitur qui legitime certauerit. Doctoris gentiū verba sunt ista: originaliter .ij. ad Timotheum.ij.ca. Nullus formidare debet inire quodcunqꝫ prelium pro xp̄i amore: qui ⁊ opem ferre pugnantibus est paratus: ⁊ victoribus coronam largitur. Hinc Jacobus.i.ca.ait. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Et paulus de se dicebat.ij.ad Timotheū.v.ca. Bonum certamen certaui: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita ē mihi corona iusticie: quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Propterea gloriosus petrus martyr audacter cuʒ hostibus anime congressus est: quem dominus gloria ⁊ honore coronauit. Cum autem hodierna die sit festum eius ad eius laudes enarrandas inuigilare debemus: de quo locuturi ad coronam sue victorie vertemus sermoneʒ De qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr̄ conditionis.
Scd̄m multiplicationis.
Tertiū ostensionis.

¶ Q̄ corona beati petri martyris longe preciosior fuit: q̄ quorūcunqȝ imperatorū ⁊ regū ⁊ de ipsa aureola. ¶ Capitulum.j.

PRimū mysterium contemplandum de corona beati petri martyris: dr̄ conditionis. Non enim fuit talis quales consueuerūt deferre hi qui in bellis temporalibus victores euaserūt: de quibus mentionē facit Plini⁹ in li.xvi. de naturali historia. Dicit enim q̄ antiquitus nulla nisi deo dabatur gestanda corona. additqȝ primuȝ omnium liberum patrē suo capiti coronam ex hedera imposuisse. Romani autem vt etiam attestatur Aulusgelius libro.v.noctium acticarum. Dabant coronaȝ triumphalem: obsidionalem: ciuicam: muralē castrensem: ⁊ naualem. Triumphales corone erant aureę. que ob honorem triumphi mittebantur imperatoribus: hec antiquitus ex lauro vel mirto erant. Sed crescente potentia romanoruȝ ex auro facte sunt. Obsidionalis corona erat quam liberati ab obsidione dabant duci qui ipsos liberauit. Et talis erat graminea ex eo facta gramine quod eo loco generatum esset intra quem clausi essent obsessi. Corona ciuica dicebat̄. vt etiā Valeri⁹ scribit rubrica de iure triumphandi: quam ciuis ciui a quo fuerat seruatus in prelio in testem vite salutisqȝ sue dabat. Et talis ex quercu erat: qm̄ cibus victusqȝ antiquissim⁹ ex quercu fuerat: hac corona ciuica. L. gelius vir censorius in senatu Ciceronem consulem donari a republica censuit eo q̄ eius opera fuisset atrocissima illa coniuratio catiline detecta: ⁊ vindicata. Muralis corona erat aurea que donabat̄ ab imperatore qui primo scandebant muros hostiū. Castrensis corona erat aurea. hanc imperator illi donabat qui primus castra hostium intrabat. Naualis similiter aurea erat. rostris nauium insignita: qua donari consueuerat q̄ primus in nauali prelio armatus in naueȝ hostium transilijsset. Cepitqȝ in bellis piraticis caȝ dante pompeio magno. Erat etiā corona oualis. ⁊ postea oleagina q̄ ⁊ supradicte cū incredibili gloria portabant̄. Sed corona btī petri martyris oēs illas incomparabiliter excedit que nil aliud est nisi premiū illud eterne beatitudinis qd̄ adeptus est post cursum p̄ntis vite. In quo assecutus est aureolā cū virginibus: martyribus ⁊ predicatorib⁹. Sed vt ista melius intelligant̄: de ipsa aureola tria sūt cōsideranda.

Primū quid est aureola.
Scd̄m a quibus differt aureola.
Tertiū quibus debetur aureola.

¶ Ad primū rn̄detur ex dictis in compendio theologie li.vij. Q̄ aureola est mentis speciale gaudiū: veniens ex opere precellenti ⁊ priuilegiato. Ubi sciendū q̄ sicut ex gaudio essentialis premij qd̄ est aurea redundat in corpore beatoȝ quidā decor qui est in gloria corporis Sic aureola lȝ principalit̄ sit in mente: p̄ quādam tn̄ redundantiā fulget in carne. Ne propter hoc decor cicatricū qui in martyrum corporibus apparebit potest dici aureola: q̄ martyres aliqui cicatrices non habebunt: vt pote qui sunt submersi in aquis: vel consumpti famis inedia: vel squallore carceris interempti tn̄ isti aureolam habebunt. ¶ Scd̄m cōsiderādū a quibus differt aureola. Et rn̄detur q̄ ab aurea ⁊ a palma. Aurea eni est premiū substātiale qd̄ metaphorice dr̄ corona: tum ex parte meriti: q̄ non rn̄det generi operis: sed radici charitatis: cū ex parte premij p̄ qd̄ fit aia particeps diuinitatis. Palma est premiū accidētale: qd̄ nec radici charitatis nec generi operis debet̄: sed tn̄ voluntati. Tale premiuȝ habuit sctūs martinus: eo q̄ martyriū desiderauit: lȝ opus non fuerit subsecutū. Vn̄ cantat̄ de ipo Quē ⁊ si gladius p̄secutoris nō abstulit: tamē palmā martyrij nō amisit. Aureola vo est p̄miū accidentale qd̄ rn̄det operi excellenti ⁊ p̄uilegiato. s. martyrio virginitati ⁊ predicatōi ¶ Tertiū cōsiderandū quibus debet̄ aureola. ⁊ iam prediximus q̄ tribus generib⁹ p̄sonaȝ ⁊ hoc triplici rōne.

Primo excellentis operationis.
Scd̄o rōne excellentis superationis.
Tertio rōne excellentis conformationis.

Primo debet̄ aureola aliqb⁹ rōne excellentis operationis. q̄ in virginib⁹: martyribus ⁊ p̄dicatoribus inueniunt̄ tria excellētissima opa triū potentiaȝ aie. Excellentissimū eni opus rōnalis est predicatio veritatis. Excellentissimū opus ɔcupiscibilis est obseruatio virginitatis. Excellentissimū aūt opus irascibilis est tolerantia mortis. Scd̄o debet̄ aureola virginibus predicatoribus ⁊ martyribus. rōne excellētis sup̄ationis: Ipsi nāqȝ supant magnifice hostes aie. s. carnē mūdū ⁊ demonia. Naȝ

martyres vincūt mūdū: virgines carnē: predicatores diabolū. In martyribus ꝙ est pfectissima victoria de impugnatiōe exteriorū. Et hec pfectio victorie cōsideraf ex duobus. Primo ex magnitudine passionis. q2 inter oēs passiones illatas exterius mors est oibus principalior. Scdō ex cā pugne ꝙ ipse xps est. martyrē eni ñ facit pena: sed cā. i. mors suscepta ꝑpter xpm. Martyrio nāqȝ nō debeč premiū fm ꝙ ꝙ ab exteriorū infligič. sed ꝑpter hoc ꝙ ꝑ xpi noīe volūtarie suscipič: q2 nō meremur nisi ꝑ ea que sunt in nobis. ⁊ nō ꝑ ea ꝙ extra nos. sic nec demeremur nisi ꝑ ea ꝙ sūt intra nos. q̄nto aūt id qđ quis sustinet voluntarie difficilius est id volūtati sustinere. tanto volūtas que ꝑ xpo illud sustinet ondič in xpo magis firma. ⁊ iō excellentius ei premiū debeč. Virgines insup singularē victoriā de carne obtinēt: q̄uis āt ⁊ vidue pugnant contra carnē pfectius tñ virgines triūphant: q2 nobilissimū victorie genus est nunq̄ȝ hosti cessisse. Predicatores adhuc veritatis: diabolū sublimiter impugnant quē nō solū a se sed etiā ab alijs eijciunt. Nec est dicendū vt quidā volebāt ꝙ aureola predicatoꝝ debeaf prelatis tm̄mō: quibus cōpetit ex officio predicare: sed qbuscūqȝ qui exercent licite actū istū. Prelatis āt non debeč hec aureola q̄uis habeāt officiū predicādi nisi actu ꝑdicent: q2 aureola nō debeč habitui sed actui
¶ Tertio debeč aureola virginib⁹ predicatoribus ⁊ martyribus rōne excellentis conformationis. bi equidē nobilissime conformanč xpo qui fuit virgo ⁊ virginitatē illibatā seruauit. fuit martyr in sua passione acerbissima. fuit predicator ⁊ veritatē mūdo manifestauit.
¶ Et btūs petrus triplici aureola coronaf ex eo ꝙ fuit virgo: predicator: ⁊ martyr.

¶ Capitulum. ij.

Secundū mysteriū contemplandū de corona beati petri martyris: dr̄ multiplicationis. Sibi nāqȝ non vna aureola: sed omnes tres simul debentur.
Prima. s. ꝑpter virginitatem.
Scđa ꝑpter predicationem.
Tertia ꝑpter martyrium.
¶ Prima aureola debeč sctō petro martyri ꝑpter virginitatē. Fuit equidē corpore ac voluntate virgo mūdissimus. de quo sic ait Innocen. papa in littera canonicatōis eius. Virginitatē mentis ⁊ corporis semꝑ illibatā seruauit: nec alicui⁹ mortalis criminis vnq̄ȝ sensit contagiū: sicut suoꝝ ꝯfessoꝝ fideli testimonio est probatū. Et hymno sui officij sic de eo canič. Petrus flos pulchritudinis ⁊ virtutū sacrariū: nullū mortalis criminis sensit vnq̄ȝ contagiū. Quare aūt sic munde vixit. Rō est Ex parte dei auxiliū grē sue illi porrigentis: ⁊ ex parte ipsius ꝙ in se fuit facientis. Nā vt dicit prefatus Innocē. papa. Carnē suā assidua cibi ⁊ pot⁹ parcitate restrinxit: ne Xo per ocij desidiā hostilibus pateret insidijs. in iustificationibus dñi exercebač assidue. vt eo circa licita totaliter occupato: locū in ipso illicita non haberent: ⁊ a spūalibus nequicijs tutus esset. Nocturna quidē silentia: humane deputata quieti: post dormitionē breuē decurrebat in studijs lectionū: ⁊ somni tp̄s vigilijs occupabat. Dies āt impendebat comodis aiaruȝ vel sedulis iminendo predicationibus: vel confessionū audientie insistendo: aut hereticoꝝ dogma pestiferuȝ validis rōnibus confutando.
¶ Scđa aureola debeč sctō petro martyri propter predicationē. Nā predicauit constanter fidem xpi: quā suo tp̄e heretici validissime impugnabant. Ad predicandū autē videč a deo fuisse misericorditer electus: tū q2 ex parentib⁹ hereticis ortus: illoꝝ labe non fuit pollutus: tum q2 ordinē predicatoꝝ ꝑfessus est: tū ēt q2 hereticos multos reduxit ad lumen veritatis Natus eni in ciuitate veronēsi parentes suos hereticos ⁊ infideles habuit. Cū āt adhuc septem esset annoꝝ: ⁊ a scholis rediret a patruo qui heresim sapiebat: quid nā i scholis didicerat interrogatur. Qui rñdit se didicisse. Credo in deū pa. o. cre. celi ⁊ terre. Et ille. noli dicere creatorē celi ⁊ terre: cū ipse visibilium creator nō fuerit. At petrus cōtrariū affirmabat ⁊ cū veritate cōfundebat illū: ita vt ei rñdere nesciret. Tandē cū adultus factus esset: ordinē predicatoꝝ intrauit. Hinc Innocē. papa inquit Gaudeat insignis ordo predicatoꝝ. ꝙ ex eo ꝑdijt stella micans. Iste est arcus positus in nubibus: qui est signū federis fidei catholice ⁊ subleuatione sctē mr̄is ecclesie. Et iterū idē pontifex dicit de eo. Ingressus ordinē fratruȝ predicatoꝝ: conuersatione conspicuus: spectabilis fama: opinione mirabilis: deuotōne gratus: humilitate lenis: obedientia placidus: benignitate suauis: pietate cōpatiens: paciencia constans: charitate prestabilis ⁊ in cūctis morum maturitate fuit cōpositus. Fuit āt in ipo predicatoꝝ ordine. xxx. annoꝝ spatio. fultus

6a

chaterus virtutū. Et predicans euangeliū xp̄i velud fidei pugil egregius: hereticoꝝ dogma pestiferꝝ in vita sua plurimū eradicauit. post mortē tñ suā eiꝰ meritꝭ ⁊ coruscātibꝰ miraculis fuit adeo extirpatuꝫ: vt plurimi suo errore relicto ad gremiū ecclesie conuolarent. Ita vt ciuitas mediolani ⁊ comitatus eiꝰ vbi tot cōuenticula hereticoꝝ residebant. adeo sic purgata vt alijs expulsis ⁊ alijs ad fidem conuersis: nullꝰ ibi fuerit ausus de cetero apparere. Plures ēt de eis maximi ⁊ famosi ordinē predicatoꝝ intrarunt. ❡ Tertia aureola debetur sctō petro martyri propter martyriū. Maꝫ vt inquit Innocen. papa. Pro defensione fidei ⁊ obedientia romane ecclesie: vir ille venerabilis acerrimā mortē tulit. Factus nāqꝫ inquisitor heretice prauitatis: iniunctū sibi officiuꝫ diligenter exercēs: hereticos vbiqꝫ ꝑquirebat nullam eis requiem tribuens: sed mirabiliter omnes confundens patenter expellens: sapiēter conuincens: ita vt non possent resistere sapientie ⁊ spiritui qui per eum loquebat̄. Que videntes heretici de ipsius morte tractare ceperunt. Cum ergo de ciuitate cumana: vbi fratrum sui ordinis ibi morantiuꝫ prior erat: mediolanū pergeret: pro exequenda inquisitione contra hereticos sibi ab apostolica sede cōmissa. Quidā de ipsorum hereticoꝝ credentibus prece illorum inductus ⁊ precio: in eum iter salutaris propositi prosequentem funestus insilijt in agnum: vtiqꝫ lupus ferus in mitem: in pium impius: furibundus in mansuetum: in modestum: effrenis profanus: in sanctum presumit insultum: exercet conatum: mortem intentat. Sacrum autem illius caput gladio crudeliter impetens: diris in ipsū impressis vulneribus: ⁊ saciato sanguine iusti ense: venerandum illum non diuertentē ab hoste: sed exhibentem se protinus hostiam: ⁊ cesoris sustinenteꝫ in paciencia truces ictus dimisit spiritu petente superna in ipso loco passionis occisum. Ille non querula voce murmurans: sufferens oia pacienter: suū dn̄o cōmendabat spiritū. dicens. In manꝰ tuas dn̄e cōmendo spm̄ meū. Simbolū ēt incepit dicere fidei: cuiꝰ nec in hoc articulo desijt esse p̄co: ꝑut ipse nephādus occisor. Et qdā fr̄ dn̄icus eius socius qui ab ipso lictore ꝑcussus: diebus aliquibus vixit postea: retulerūt. sed cū adhuc martyr dn̄i palpitaret: cultellū lictor crudelis arripuit: ⁊ ꝑ latera eius transfixit. Fuit aūt eius passio veneranda similis dn̄ice passioni. Xp̄us eni passus est ꝑ veritate quā predicabat. Petrus ꝑ veritate fidei quā defendebat. Xp̄s passus est ab infideli populo iudeoꝝ. petrus ab infideli turba hereticoꝝ. Et xp̄s in pascali tp̄e crucifixus petrus eodem tp̄e martyriū patitur. Xp̄s cū pateretur. in manus tuas dn̄e cōmendo spm̄ meū dicebat. petrus dum occideretur eadem verba clamabat. Xp̄s ꝑ triginta denarijs fuit traditus: vt crucifigeretur. petrus ꝑ libris quadraginta fuit venditus.

❡ De miraculis quibus claruit beatus petrꝰ martyr: in vita: in morte: ⁊ post morteꝫ: in quibus cognoscere possumus ꝙ magna sunt eiꝰ merita apud deum. ❡ Capitulum. iij.

Tertium mysterium contemplandum de corona beati petri martyris: dr̄ ostensionis. Ostendit nanqꝫ deus merita ⁊ gloriā ipsius per miracula ⁊ signa. in quibus eum claruꝫ fecit. Et hoc tripliciter.

Primo in vita.
Scd̄o in morte.
Tertio post mortem.

❡ Primo deus fecit clarum signis ⁊ miraculis btm̄ petruꝫ in vita. Ex quibus aliqua enarremus. Cum apud mediolanū quendā hereticum a fidelibus captum: beatus petrus examinaret. Et multi episcopi ⁊ religiosi ⁊ maxima multitudo pp̄li ibi cōuenisset. ⁊ dies tam ex p̄dicatione ꝙꝫ ex illa examinatione in longum protracta fuisset. ⁊ maximus estus cunctos affligeret. Dixit hereticus ille coram omnibus O petre peruerse ⁊ si tu es ita sanctus: sicut hic stultus populus te affirmat. Cur eum estu affligi permittis. ⁊ non rogas deum vt nubeꝫ aliquā interponat. ne affligatur ista tāta multitudo. Ad quem beatus Petrus respondit. Si vis promittere te abnegaturum heresim tuam. ⁊ fidem catholicam recepturum. rogo dominū ⁊ faciet quod dixisti. Tunc fautores hereticorum conclamantes dicebant. promitte promitte. Credebant eni ꝙ fieri non posset: Quod beatus petrus coram omibus se facturum spopondit. ⁊ maxime cum nulla nubecula etiam minima appareret in aere. Catholici autē sup obligatione beati petri contristari ceperunt. timentes ne fides catholica ex hoc cōfusionem pateretur. Cum ergo hereticus obligari se nollet. Btūs petrus cū fiducia magna dixit. Ad hoc ꝙ verus deus visibiliū ⁊ inuisibilium creator monstretur. ⁊ ad consolationē

fideliũ: ⁊ cõfusionẽ hereticoꝝ. Rogo dñm vt aliqua nubecula ascendat: ⁊ se inter solẽ ⁊ populũ interponat. Quo premisso crucis signaculo factũ fuit p magnã horam in moduȝ papilionis populũ nubecula protegente. Cõtractus quidã noĩe asserbus cũ p quinq; ãnos sic mansisset: vt per terrã in sextario traheret: mediolanũ ad btm̃ petrũ ductus fuit. Quẽ cum btũs petrus signasset. continuo sanatus surrexit. Cuiusdã nobilis filiũ p̃ nimio ⁊ horribili totius gule tumore: nec loqui nec spirare valẽtẽ: leuatis ad dñm manibus ⁊ crucis in eo facto signaculo. illoq; accipiente ipsius cappã ⁊ in infirmo supponente loco sanauit. Cuidam etiã iuueni muto imisso digito in os eius: sueq; ligue soluto ligamine bñficiũ loquele cõcessit. Cesene in platea ciuitatꝭ quidã nobiles iuuenes quoꝝ domus erat cõtigua palatio dñi cũ essent heretici iaciebant lapillos ꝯ sctm̃ predicantẽ. Quoꝝ malignitatẽ sepius increpans nihil profecit. Tandẽ publice illi domui maledixit: que statim corruit ⁊ q̃plures interfecit ex illis. deinceps domus predicta nunq̃ reparari potuit etiã vsq; in presentẽ dieȝ. ¶ Scdo deus fecit clarũ btm̃ petrũ martyrẽ in morte. nã lampades ad sepulchrũ eius pendẽtes pluries per seipsas absq; oĩ hũano studio ⁊ ministerio diuinitus sunt accense. Apud florentiã in monasterio de ripolis. sctimonialis quedã in orõne posita ea die qua btũs petrus mortẽ sustinuit. vidit btãm virginẽ in excelso trono in gloria residere: ⁊ duos frẽs de ordine predicatoꝝ: in celũ ascendere: ⁊ hincinde iuxta eam collocatos esse. Et cũ inquireret: qui nã essent audiuit vocẽ dicẽtẽ sibi. Hic est fr̃ petrus q in ꝯspectu dñi tanq̃ fumus aromatũ gloriosus ascendit. Reptũq; p certo est q̃ eadẽ die mortẽ subijt: q̃ dicta sctimonialis visionem vidit. Vñ cum graui ⁊ longa infirmitate laboraret ad rogandũ btm̃ petrũ tota deuotione se cõtulit: ⁊ sanitatẽ integrã mox recepit. Sup locuȝ insup passiõis scti petri sepe luminaria d̃ celo descendentia ⁊ ad celũ ascendentia: plures religiosi visibiliter aspexerũt. inter que lumiaria duos frẽs in habitu p̃dicatoꝝ se vidisse testati sunt. Idropica quedã ad locũ passionis illius pueniẽs: fusa ibi orõne sanitatẽ itegrã mox recepit. Quidã puer ex casu grauissimo sic oppssus: vt motu ⁊ sensu penitus destitutus tãq̃ mortuus defleret: mox apposita de terra: suo pectori sacro eiusdem martyris cruore contacta incolumis exsurrexit. Quidam etiam cuiꝰ carnem cancer edax sedula corrosiõe vorabat linitis huiusmodi terra vulneribus est curatꝰ Alij adhuc diuersis infirmitatibus occupati qui sepulchrum in vehiculis ⁊ alijs sustentaculis adierunt plenam incolumitatem receperunt. Cum autem summus pontifex innocentius quartus beatum petrum sanctoruȝ martyruȝ cathalago ascripsisset. Fratres apud mediolanũ ad capitulũ conuenerũt. volentes eiꝰ corpus ad altiorẽ locũ transferre. cum plusq̃ per annum sub terra iacuisset: ita sanũ ⁊ integrũ ac sine alicuius exalatione fetoris repertũ est: ac si eadem die fuisset sepultuȝ. Fratres ergo super magnum pulpitum iuxta plateam corpus eius cum magna reuerentia deduxerunt: ⁊ ibidem sic sanum ⁊ integrum omni populo est ostensum. ¶ Tertio deus fecit clarum miraculis beatum petrum martyrẽ post morteȝ. Quidam iuuenis de ciuitate cumana cum de panno tunice scti petri haberet: ⁊ quidam hereticus eidem deridendo diceret. vt si sanctum eum credebat in ignem pannuȝ ipsũ proijceret: ⁊ si comburi non contingeret: absq; dubio sanctus esset: ⁊ ipse sue fidei adhereret. Mox sup carbones accensos pannũ proiecit: sed ab ipso igne altius resiluit. deinde p se super carbones rediens ipsos ardentes penitus extinxit. qd̃ videns hereticus ad viam veritatis redijt. Apud florentiam iuuenis heretica prauitate corruptꝰ: cum in ecclesia fratrum de florentia: cum quibusdam alijs iuuenibus ante quandam tabulam vbi erat depictum martyriuȝ sancti petri: staret videns ibi lictorem percucientem: ipse dixit. vtinam ego ibi fuisseȝ: quia validius percussissem: quo dicto statim mutus effectus est. Cunq; socij requirerent quid haberet: ⁊ ipse eis nihil respõdere posset: eum domum reducere voluerunt. Sed cum in via ecclesiam sancti michaelis vidisset: elapsus de manibus sociorum ecclesiaȝ intrauit: ⁊ flectens genua corde sanctum petrũ rogauit: vt sibi parceret: voto sicut potuit se obligans q̃ si liberaretur: peccata sua confiteretur: ⁊ omnem heresim abnegaret. Tunc subito loquelam recuperauit: ⁊ veniens ad domum fratrum ⁊ abnegata heresi peccata sua confessus est: data licentia confessori q̃ hoc populo predicaret. Ipse quoq; in publica predicatione surgens coram omni multitudine hec confessus est. Mulier quedam in flandria

cũ iã tres filios mortuos peperisset: atq; ex h viro cõtẽptibilis redderet̃: rogauit sctm̃ petꝝ vt sibi auxiliũ ferret. Cũ g̃ quartũ filiũ pepis- set: mortuus est reptus: quẽ mr̃ accipiẽs ad ro gandũ sctm̃ petrũ totã se cõtulit: vix orõnem cõpleuerat ⁊ puerulus viuus apparuit. Cũ g̃ ad baptismũ portatus fuisset: ⁊ vt ioãnes vo caret̃ esset diffinitũ. Sacerdos cũ eius nomẽ dicere deberet: dixit petrus. qd̃ nomẽ semꝑ re- tinuit. Frater ioãnes polonus cũ apud bono- niã quartana laboraret: ⁊ i festo bti petri mar tyris sermonẽ ad clerũ facere deberet: accessio nẽ eadẽ nocte iuxta cursũ nãlẽ expectans: time re valde cepit: ne in iniũcto sibi sermone defi- ceret: ad scti petri g̃ ꝯuersus suffragia ad alta re ipsius cũ deuotõe accessit: orans vt eiꝰ pre- cibus iuuaret̃ cuius debebat gloriã predicare sicq; factũ est ꝙ illa nocte penitus febris cessa uit. Multos liberauit a spiritibꝰ imũdis: a q- bus erant vexati. Scholaris quidã cũ ꝑgeret ad montẽ pessulanũ ex quodã saltu adeo fuit ruptus in inguine: vt dolore nimio vexaret̃: ⁊ incedere nõ valeret. hic aliqñ audiens predica ri. ꝙ quedã mulier terrã sanguine bti petri re spersã suꝑ cancri corrosionẽ ponẽs fuerat libe rata: dixit. dñe deus de terra illa nõ habeo. S; qui illi terre meritis bti petri tantã dedisti vir tutẽ potes ⁊ isti dare. Accipiens g̃ de terra cũ signo crucis ⁊ in veneratione martyris: loco supposuit: ⁊ statim curatꝰ fuit. In ciuitate cõ postella fuit quidã vir bñdictus noie: q tibias inflatas hẽbat in modũ vtriũ: ventrẽ tumẽtẽ instar pregnantis: faciẽ pre nimio tumore hor ribilẽ: totũq; corpus inflatũ: ita vt nõ hõ sed monstꝝ aliqd̃ videret̃. Hic cũ a quadã ma- trona suꝑ baculũ se sustentans elemosinã pe- tijsset. Illa rñdit. magis fossa q̃; elemosina in- diges: sed meo cõsilio acqesce: ⁊ ad domũ frm̃ predicatoꝝ ꝑgens: bti petri martyris patroci niũ quere. Ille cũ mane ad domũ fratꝝ venis set: ⁊ ostiu; ecclesie clausũ esset: secus portã se posuit ⁊ dormiuit. Et ecce qdã vir reuerendꝰ in habitu predicatoꝝ ei apparuit: ⁊ cappa ip; cooperiens: in ecclesiã introduxit. Ille at̃ euigi lans ⁊ intus in ecclesia se reperit: ⁊ ꝑfecte se sa natũ inuenit. Qui mltis admirationẽ intulit ⁊ stuporẽ: cũ viderent hoiem pene mortuũ: tã subito liberatũ. Nauis qdã dũ i medio maris pene naufragiũ pateret̃: seua fluctuũ inũdatõ ne quassata: oẽsq; naute caligine noct; teneret̃ vniuersi multoꝝ sctõꝝ suffragia postulabant

Quidã xpo natione ianuensis facto silentio: Audistis inquit o fratres: qualit̃ quidã de or- dine predicatoꝝ noie fr̃ petrus: nuꝑ ob defen sionẽ fidei catholice: ab hereticis sit interfectꝰ ꝑ cuiꝰ merita deus multa miracula facit. Nũc g̃ deuote eius patrociniũ imploremꝰ: q; spero ꝙ liberabimur. Assentiũt vniuersi inuocãtes in suũ auxiliũ btm̃ petrũ. Mox antẽna nauis cereis accensa tota ꝯspicit̃. Et respicientes vi derũt quendã in habitu predicatoꝝ suꝑ velu; stantẽ: statimq; mare quieuit: ⁊ tranquillitas magna fuit. Cũ ergo predicti naute ianuã in- columes aduenissent ad domũ frm̃ predicato rũ venerunt: ⁊ deo ⁊ beato petro gr̃as referen tes: eisdẽ fratribus totius miraculi seriẽ nar- rauerunt. In ꝓuincia francie ciuitate senonẽ si: puella quedã cũ in aqua raptim transeũdo cecidisset: ⁊ ꝑ magnũ spatiũ tpis stetisset: tan- de; de flumine mortua est extracta. mortis at̃ eius erant quattuor argumenta. s. magnũ spa tiũ tpis: ⁊ rigiditas corꝑis: ⁊ frigiditas: ⁊ ni- gredo. delata est ergo a quibusdã ad ecclesiam fratrũ: qui cũ eã sctõ petro deuote ac fideliter cõmendassent: cõtinuo vite est reddita ⁊ salu- ti. Sunt ⁊ alia innumera vt sic dicã: huiꝰ glo- riosissimi scti miracula: que nos breuitatis cã ꝑtransimus. Ostendũt aũt illa cere imagines ⁊ alia sanitatũ signa: que in capellis ad hono- rem ipsius cõstructis vbiq; locoꝝ cernuntur. Quare illũ ꝓpie veneremur: sperantes suo pa trocinio liberari ab iminentibus malis ⁊ tan dem dei gratiã obtinere. Quã nobis cõcedat Jesus filius dei: qui est benedictus in secula se culorum. Amen.

¶ Sermo sexagesimus primus de sancto Am brosio doctore sctẽ eccl'ie Epo mediolanensi.

SAnctum fecit illum

Scribunt̃ hec verba ad laudẽ bea- tissimi Ambrosij assũpta originalit̃ ter Ecclesiast;. xlv. ca. Sũmi dei sa- pientia ineffabilis ecclesiã suã varietate scõꝝ voluit decorare. In qua alios cõstituit ꝓphe tas: alios apl'os: alios predicatores ⁊ doctores alios euangelistas: oibus aũt ꝫm sui status cõ decentiã: gr̃e sue dona distribuit. Nã ꝓphet; dedit lumẽ futura preuidẽdi. Apl'is linguaꝝ ⁊ scie ⁊ vsum. Euangelistis auctoritatẽ scribẽ di. Et ipis doctoribꝰ splẽdorẽ spũalis doctrie Vt at̃ eẽnt receptacl'a mũda. q; vt scribit̃ Sa piẽtie. i. ca. In maliuolã aia; ñ introibit sapia

nec habitabit in corpore subdito petis. Copio sa illis munera grē sue cōcessit. Fuerunt quidē ipsi nō solū in rebus diuinis eruditissimi: sed ēt oī sanctitate pfecti ꝛ ceterꝫ obmissis: ad ambrosiū mentis oculos reuoluamus: qui ob merita sanctitatis: ꝛ admirabilē prerogatiuā virtutū in celis gaudet cū xpo. Et in terris a cunctis fidelibus colitꝛ ꝛ veneratꝛ. Idcirco in pñti sermone laudes eius promere cupientes: sub titulo de illius sctitate dicem⁹: de qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr̄ digne assimilationis.
Scd̄m virtuose perfectionis.
Tertiū lucide manifestationis.

¶ Q̄ sanctitas beati ambrosij assimilatꝛ sanctitati quinqꝫ personarū dignissimarū veterꝫ testamenti. Capitulum .j.

PRimū mysteriū cōtemplandū de sanctitate beati ambrosij dr̄ digne assimilationis. Assimilatꝛ nāqꝫ sanctitati quinqꝫ psonaꝝ dignissimarū veteris testamenti.

Primo sctitati abel in virginitate.
Scd̄o sctitati abrahe in fidei sinceritate.
Tertio sctitati moysi in pietate.
Quarto sctitati helie in victus parcitate.
Quinto sctitati dauid in humilitate.

¶ Primo sanctitas beati ambrosij assimilatꝛ sctitati abel in virginitate. Fuit quidē abel virgo purissim⁹. vt refert Aug⁹ i li. i. de mirabilibus sacre scripture. Erat eni ſm cōputationē methodij: qñ occidit eū chaym annoꝝ .xl. Nā vt ipse ait chaym natus est āno trigesimo ade cū sorore sua calmana: ꝛ post annos .xxx. alios nat⁹ est abel cū delbora sorore sua. Centesimo xo anno ade interfectus est abel. Vtrū aūt si longiore tpe vixisset ɔtrxisset mrīmoniū. Aug⁹ in predicto libro videtꝛ opinari ꝙ sic. vt impleret preceptū dñi quo dixerat. Crescite ꝛ multiplicamini. nisi deus secū dispensasset. Sed nobis esse satis debet: qꝛ cū virginitate innocentiā suā obtulit deo. Sic ꝛ btūs ambrosius in virgītate perpetua deo seruiuit. Nā vt Piero⁹ testatꝛ. Ambrosius ipse de se dixit. Virginitatē nō solū efferimus: sed custodimus. hic est ꝙ de ipsa sp magnifice loquebatꝛ. ꝙ non fecisset nisi virginitateꝫ diligeret. Inquit enim Piero⁹ ad filiam mauricij: de cōmendatione virginitatis. Luxurioso verbū castitatis offēsio est: quoꝝ venter deus: cultū nolunt amare ieiunij. Et Crisosto⁹ ait. Cū audis aliqueꝫ de deo loquentē: intellige ꝙ cor illius amore dei repletū est. qui libidinis thesaurū hꝫ: in corde de puellis dicere delectatꝛ ꝛ audire. Igitur ambrosius ꝛ d̄ virginitate amplissime dixit. atqꝫ in laudē virginitatis de virginibus librū copiosissimū scripsit. ¶ Scd̄o sanctitas bti ambrosij assimilatꝛ sctitati abrahe: in fidei sinceritate. Fuit ipse abrahā deo charissimus maxie ꝑpter fideꝫ. Vñ Genesis .xv. ca. dr̄. Credidit abrahā deo ꝛ reputatū est ei ad iusticiā. Credidit vtiqꝫ qd̄ illi ꝓmiserat deus. s. ꝙ nō esset hismael heres eius sed filius legitimus q esset egressurus ex vtero suo: ex quo mltiplicandū foret semē eius ad silitudinē stellarū celi. Sic ꝛ btūs ambrosius in fide firmus inuentus est atqꝫ sincerus qui credidit oēs articulos fidei. ꝛ heresim arrianoꝝ validissime expugnauit. Ex q̄ ipe dicebat de imperatore petente ab eo basilicā. vt notatꝛ .xxiij. q. viij. ca. cōuenior. prius est vt aiaꝫ mihi q̄z fideꝫ auferat. ¶ Tertio sanctitas bti ambrosij assimilatꝛ sctitati moysi in pietate ꝛ compassione. Nam vt scribitꝛ Exodi .xxxij. ca. Iratum deū contra populū idolatrantē lachrymis suis ꝛ orone placauit. Erat eni populo illi ꝑius ꝛ mansuetus. vt patet .xlvi. di. ca. disciplia. Et .xxiij. q. iiij. ca. quid crudele. Sic ꝛ btūs ambrosius lachrymabatꝛ sepius ex pietate. Nā dū aliquis lapsū sibi cōfitebatꝛ sic amarissime flebat: ꝙ illū flere siliter cōpellebat. Vñ ꝛ pretacto ca. cōuenior. ipse dicebat Aduersus arma milites gothos quoqꝫ lachryme mee arma mea sunt. Et .xxiij. q. viij. ca. nō pila ait. Non pila querūt ferrea. nō arma xpi milites coactus repugnare nō noui: sed dolor fletus: orones: lachryme fuerūt mihi arma aduersus milites. Talia eni sunt munimenta sacerdotis. preter hmōi lachrymas erant in eo lachryme deuotionis ꝑ eternis desiderijs. Cuꝫ eni alicui⁹ sancti sacerdotis vel epī obitus nūciabatꝛ. sic amarissime flebat vt vix cōsolari valeret. Cūqꝫ interrogaretꝛ. Cur viros sctōs: qui ad gloriā ꝑficiscebantꝛ sic fleret. aiebat. Ne putetis me flere qꝛ recesserit sed qꝛ me precesserit ꝛ qꝛ difficile inuenietꝛ qui tam dignus eius officio habeatꝛ. ¶ Quarto sanctitas beati ambrosij: assimilatꝛ sctitati helie in parcitate: ꝛ abstinentia. vt eni scribitꝛ. iij. Regū. xix. ca. Ieiunauit h. lias q̄draginta diebus ꝛ .xl. noctibus Btūs xo ambrosi⁹ tante abstinentie fuit ꝙ q̄tidie nisi in sabbato ꝛ die dñica ꝛ festis precipuis ieiunabat. Vñ in historia ecclesiastica dr̄ de eo. Aduersus luxurie furorē ñ se manu de-

fenſabat: vel telo. Sed ieiunijs ⁊ continuatis
vigilijs: ſub altari poſitus: ꝑ obſecratiões de/
fenſoré ſibi atq̃ eccľie deũ parabat. ¶ Quito
ſctitas btí ambroſij aſſimilať ſctitati dauid in
humilitate. Qui vt ſcribiť. ij. Regũ. vi. ca. Vi
dens oçam ꝑcuſſũ a dño: eo ꝙ tetigerat archã
pręſũptuoſe extimuit in die illa dicens. Quõ
ingredieť ad me archa dñi. Et noluit diuerte
re archã dñi in ciuitaté dauid: ſed diuertit eã
í domũ obededõ gethei. Et habitauit archa
dñi in domo obededom gethei tribus mẽſibꝰ
⁊ benedixit dñs obededom ⁊ oẽm domũ eius
Nũciatũq̃ eſt regi dauid: qꝛ benedixiſſet dñs
obededõ: ⁊ oia eiꝰ ꝓpter archã dñi. dixit. ibo
⁊ reducã archã dñi cũ bñdictõe in domũ meã
qđ ⁊ fecit. Adduxitq̃ archã cũ gaudio: ipſeq̃
ſaltabat corã dño. Cũq̃ pactis oibus reprehẽ
dereť a michol filia ſaul vxore ſua ꝙ ſaltaſſet
corã dño. Dixit dauid viuit dñs: qꝛ ludã ante
dñm: q elegit me potius q̃ patré tuũ: ⁊ q̃ oẽ
domũ eius: ⁊ precepit mihi vt eſſem dux ſuꝑ
populũ dñi iſrael: ⁊ ludã ⁊ vilior fiam pluſq̃
factus ſũ ⁊ ero humilis in oculis meiſ. Sic be
atus ambroſius ex humilitate timuit accepta
re dignitaté epalem. Oſtenditq̃ ſe hr̃e tria q̃
ſunt officio prelationis inimica. Primo cru/
delitaté. Nã tribunal cõſcendit ⁊ ɔ̃ cõſuetudi
né ſuã tormenta ꝑſonis adhiberi iuſſit. Scđo
vanitaté phicam. Cũ eni populus acclamaret
pctm̃ tuũ ſuper nos. turbatus domũ redijt. ⁊
phiam ꝓfiteri voluit. Tertio oſtendit ſe hr̃e
inhoneſtaté. Nã publicas mulieres ad ſe ve/
nire fecit: vt ſic populũ a ſua intentione reuo
caret. Sed cũ nec ſic ꝓficeret populo acclamã
te pctm̃ tuũ ſuꝑ nos. Fugam media nocte pe/
tijt. cũq̃ ticinũ ꝑgere ſe putaret: mane ad por
tam ciuitatis mediolanenſis q̃ romana dť ſe
inuenit: qui inuentus cũ cuſtodireť a populo:
miſſa eſt relatio ad clementiſſimũ imperatoré
Valentinianũ: Qui cũ ſũmo gaudio accepit
ꝙ iudices a ſe directi ad ſacerdotiũ peterenť.
Letabať etiã ꝓbus prefectus ꝙ verbũ ſuũ in
eo fuerat adimpletũ. Dixerat eni cũ ꝓficiſcen
ti mandata daret. Vade: age nõ vt iudex: ſed
vt epũs. pendente relatione iteꝝ abſconditur
ſed inuentus cũ adhuc eſſet cathecuminus ba
ptiçatur. Et tandem in epalem cathedraꝫ ſub
limatur. Audiuimus iam q̃ humiliter poſt
tot contradictiones Ambroſius curam epalé
ſuſcepit. Si ita fieret temporibꝰ iſtis vtiq̃ ſor
didis ⁊ obſcuris: populi abundantius in viaꝫ
dñi dirigerentur. Eccleſie in dies in ornamen
tis ⁊ reparationibus magis proficerent: ⁊ di/
uinus cultus deuotius ſanctiuſq̃ celebrareť.
Sed nunc corrupta eſt omnis iuſticia ⁊ virtꝰ
contemptibilis facta omnes que ſua ſunt que
runt: non que ieſu xp̃i. Ideo lugebit terra cuꝫ
populis.

¶ De quinq̃ precipuis virtutibus ſancti am
broſij: ex quibus colligitur quantum fuerit in
ſanctitate perfectus. ¶ Capitulum. ij.

Secundũ myſterium contemplanduꝫ de
ſanctitate beati ambroſij dť virtuoſe ꝑ/
fectionis. Nã preter ea que dicta ſunt in quin
q̃ precipuis virtutibus perfectus fuit.

Primo in liberalitate.
Scđo in rigiditate.
Tertio in magnanimitate.
Quarto in charitate.
Quinto in veritate.

¶ Primo beatus Ambroſius fuit perfectus
in liberalitate. quia oia que habebat pauperũ
erant: quibus liberaliſſime ſubueniebat. Et h̃
vtiq̃ epiſcopo conuenit qui pater eſſe debet
pauperum. Vnde Hieronymus. xij. q. ij. ca.
gloria. inquit: gloria epiſcopi eſt pauperum
opibus prouidere: ignominia ſacerdotis pro/
prijs ſtudere diuitijs. Ideo dicebat Ambro/
ſius. xxiij. q. viij. in ca. ſuperius allegato. con/
uenior. Omnia que mea ſunt pauperuꝫ ſunt.
Et cum ſuo tempore radicem omniũ malorũ
auaritiã magis ac magis in hominibꝰ incre/
ſcere vidiſſet: maxime in his qui erãt in ptãte
conſtituti: apud quos precio oia vendebantur
necnõ etiã in his qui erãt ſacris myſterijs de
putati vehementť ingemuit: ⁊ ſe de huiꝰ ſeculi
erũpna liberari inſtantius exorauit. ¶ Scđo
btũs ambroſiꝰ fuit ꝑfectus in rigiditate. Nã
ſicut cato vticenſis. vt refert Saluſtius in ca/
tilinario. Vitia hoim rigide expugnabat ⁊ cõ
dẽnabat. Ita ⁊ Ambroꝰ. Nã ⁊ theodoſiũ im/
peratoré de crudelitate occiſorũ innocentum
dure redarguit: ab ingreſſu eccleſie ſuſpẽdit: ⁊
publicã pniam eidem iniunxit: prout poniť in
hiſtoria triptita. ⁊. xi. q. iij. ca. cũ apud theſolo/
nicã. ⁊ ego idem diffuſius ſcripſi in ſermone
de diuino cultu: in tractatu de timore iudicio/
rum dei. ¶ Tertio beatus ambroſius fuit ꝑfe
ctus in magnanimitate. Nõ eni formidabat
ꝑicula: neq̃ morté ꝓ defenſione fidei ⁊ eccleſi
aſtice libertatiſ. Vñ dť in hiſtoria eccleſiaſtica.
Q̃ iuſtina mr̃ valentiniani imꝑatoris arriane

heresis alūpna: cōturbare cepit ecclesie statuꝫ
cōminari sacerdotibꝰ depulsiones ⁊ exilia: ni
si ariminēsis ꝯsilij decreta reuocarēt. Quo bel
lo eccl'ie muꝝ ⁊ turrim validissimā pulsabat
ambrosiū: q in oībus impterritus māsit. Ad⁄
huc vt dr̄ in sepius allegato ca. cōuenioꝛ. Cuꝫ
impatoꝛ valentinianus quandā basilicā vsur
pare vellet. Ambrosiꝰ sic rn̄dit. Noli grauare
te impatoꝛ vt putas te ī ea que dei sūt impia⁄
le ius vllū habere. Tributū cesaris est: non ne
getur. Ecclesia dei est: cesari vtiqꝫ non donet̄.
Et dū prepositus valentiniani dixisset ambro
sio. Tu ꝯtemnis valentinianū: caput tibi tollo
Rn̄dit. deus ꝑmittat tibi vt facias qđ minarꝭ
atqꝫ vtinā deus auertat milites ab ecclesia. ⁊
in me oīa tela sua cōuertant. ⁊ sanguine meo
sitim suā expleant. In eius ꝓ prefatione sic
de eo cantat̄. Tāta ambrosiū virtute solidasti
constantie tanto munere celitus decorasti vt
ꝑ eū exclusa torquerent̄ demonia. arrianoruꝫ
impietas ꝓpulsa tabesceret. ac seculariū prin
cipum colla tuo iugo subacta redderent̄ humi
lima. ❡ Quarto btūs ambrosius ꝑfectus fuit
in charitate. ꝓ dei quippe amore ⁊ ꝓximoruꝫ
salute sepissime clero ⁊ populo predicabat. Id
facere debent prelati. vt dr̄ in ca. inter cetera.
de officio iudicꝭ ordinarij. Hoc exercitio vsus
est xp̄s. Istud insuper docuit apl'os exercere.
Inquit eni Lucas đ xp̄o. viij. ca. Iter faciebat
ꝑ ciuitates ⁊ castella predicans ⁊ euangelizās
regnū dei. Et post resurrectionē die qua glori
osus celū ꝯscendit. dixit apl'is Marci vltimo
ca. Euntes in mundū vniuersū predicate euā
geliuꝫ oī creature. predicatio eni diuini verbi
lux est humanaꝝ mentiū. iuxta illud psalmistꝭ
Lucerna pedibus meis verbū tuū: ⁊ lumen se
mitis meis. Et iterū. declaratio inquit sermo
nū tuoꝝ illuminat ⁊ intellectū dat paruulis.
Et ne multa loquamur cū cessabūt in ecclesia
dei voces predicātiū extinguet̄ in populis lux
veritatꝭ: ⁊ bonoꝝ moꝝ. Rogate o fideles xp̄i⁄
cole rogate dn̄m messis: vt mittat operarios ī
vineā suā: messis quidē multa operarij auteꝫ
pauci. Nescio quid futura pariet dies. verūtn̄
timeo satis: ⁊ valde ꝑtimesco: ne ꝓpter ingra
titudinē ⁊ obstinationē xp̄ianoꝝ fiet silentiū
in terra. Fuerunt siquidē diebus meis in italia
ex oībus ordinibꝰ religiosoꝝ ⁊ precipue ex or
dine minoꝝ multi eruditissimi predicatores
quoꝝ sonus exiuit in oībus finibus eiꝰ. Pre⁄
dicauit ille dux verbi sctūs bernardinus. pre⁄
dicauerūt ⁊ alij stilū eius imitantes in oībus
italie ciuitatibus. Et tn̄ nunq̄ꝫ mūdus fuit ita
positus in maligno sicut est hodie. O pijssime
deus: o benignissime pater: o creatoꝛ celi ⁊ ter⁄
re: ⁊ vniuerse cōditoꝛ creature. Ne reminisca
ris delicta mea vel xp̄ianoꝝ delinquentiū. ne⁄
qꝫ vindictā sumas đ peccatis nostris. Sed cū
reuerentia ad vos prelatos dignissimos clami
to: non relinquatis gregem lupoꝝ morsibus
tradendum. Exaltate quasi tubam vocem ve
stram: ⁊ annunciate ouibus vestris pericula
ipsarū. Et quod per vosipsos non potestis fa
cere vel non vultis: religiosos quibus a sūmis
pontificibus predicandi licentia est cōcessa: cū
benedictione dei ⁊ vestra explere sinatis: huc⁄
usqꝫ deuenimus: qꝛ non possum non cōqueri
đ aīaꝝ iactura: quā iminere video: ex defectu
predicationū. Sctūs ambrosiꝰ igit̄ merito ex
tollendus est: qui populū sibi creditū pauit ci⁄
bo spūalis doctrine. In qua spūs sanctus in⁄
dubitanter aderat eiꝰ lingue. Qđ patet tū ex
cōuersione beati augustini ⁊ alioꝝ. tum insu⁄
per ex visione cuiusdam heretici. Ille nanqꝫ
acerrimus disputatoꝛ: ⁊ durus inconuertibi⁄
lis ad fidem: cum audiret ambrosium predi
cantem vidit ad aures eius angelum loquen⁄
tem verba que populo predicabat. Quo viso
fidem quam persequebatur cepit defendere.
❡ Quinto beatus ambrosius ꝑfectus fuit in
veritate. hanc vtiqꝫ dilexit: hanc predicauit: ⁊
cum hac libros: sermones: ⁊ omelias scripsit.
Quare ⁊ augꝰ eius dicta in maxia veneratiōe
semper habuit. Vn̄ in libro de nuptijs ⁊ con⁄
cupiscētia inquit. Pelagiꝰ heresiarcha sic lau
dat ambrosiū. vt dicat. Beatus ambrosiꝰ ep̄s
in cuius precipue libris romana lucet fides: q̄⁄
si scriptorum inter latinos flos quidā emicuit
Et subdit Augꝰ cuius fidem ⁊ purissimum in
scripturis sensuꝫ: nec inimicus quidem ausus
est reprehendere. Et Augꝰ in ep̄l'a ad ianuari
um. ⁊ ponit̄. xij. di. ca. illa ait. Qꝛ cū mater eius
imitata cū fuisset mediolanū: inuenissetqꝫ ec⁄
clesiā sabbato nō ieiunātē: ex quo cepit fluctu
are ⁊ admirari. Augꝰ vt satisfaceret matri: cō
suluit ambrosiū. Qui rn̄dit. Cū romā venio ie
iuno sabbato: cū ꝓ sum mediolani sabbato
non ieiuno. Sic ⁊ tu ad quā forte ecclesiā ve⁄
neris: eius morē serua. si cuiq̄ꝫ non vis scanda
lum esse: nec quēq̄ꝫ tibi. Et subdit Augꝰ. Ego
de hac sn̄ia etiā atqꝫ etiam cogitans ita semꝑ
habui tanq̄ꝫ eam celesti oraculo acceperim.

¶ Qr quinqꝫ modis manifestata est lucidissi-
me sanctitas bti ambrosij. ¶ Capitulū .iij.

Tertiū mysteriū contemplandū de san-
ctitate beati ambrosij dr̃ lucide mani-
festationis. In qnqꝫ .n. lucide manifestata est.
Primo in dormitione.
Secundo in electione.
Tertio in expulsione.
Quarto in punitione.
Quinto in cōsummatione.

¶ Primo manifestata fuit sanctitas ambro-
sij in dormitione. Ipse .n. filius ambrosij prefe
cti rome cū in cunabulis in atrio pretorij esset
positus ⁊ dormiret: examen apum subito adue
niēs faciē eius ⁊ os ita impleuit vt quasi in al-
ueolū suū intrarent pariter ⁊ exirēt: que postea
euolātes in tantā aeris altitudinem subleuate
sunt: vt vix humanis oculis viderent̃. Quo p-
acto territus pater ait. Si vixerit īfātulus iste
aliquid magni erit: nec impossibile quis ħ exi-
stimare debet de ambrosio qui sanctus futur⁹
erat: cū ⁊ de platone aliquid simile Valeri⁹ re
ferat primo lib. c. iiij. Dormiētis quippe paruu
li platonis in cunis labellis apes mel inserue-
re. Quare audita ꝓdigioꝝ interpretes singula
rē eloquij suauitatē ore eius emanaturā dixe-
runt. ¶ Secūdo fuit manifestata sāctitas am-
brosij in electione. Fuit .n. electus in epm ex mi
raculo dei. Nā dū fuisset rome lr̃is crudit⁹: cū
causas pretorij splendide peroraret a valētinia-
no īperatore ad regēdā liguriā emiliāqꝫ ꝓuin
ciam directus est. Cūqꝫ mediolanū venisset: ⁊
ibidē epus tūc decesset: cōuenit populus vt sibi
de episcopo ꝓuideret. Igit̃ cū inter arrianos
⁊ catholicos de eligēdo epo seditio nō modica
orireẗ: illuc ambrosius cā sedande seditiōis p-
rexit. Et statim vox infantis insonuit dicens:
ābrosiū epꝫ. Cui voci oēs vnanimit̃ ꝯsenserūt
ambrosiū epm acclamātes. ¶ Tertio manife-
stata fuit scitas ābrosij in expulsiōe. Nā a mł-
tis eiecit demones q illos vexabāt. Accidit aūt
q multi demones p ora illoꝝ quos obsidebāt
clamarēt ⁊ dicerēt ab ambrosio se torqueri. Iu
stina aūt ⁊ multi arrianorum dicebāt pecunia
ambrosiuꝫ hoīes cōparare: q se ab imūdis spi-
ritibus vexari mētirent̃: ⁊ ab ambrosio dicerēt
se torqueri. Tunc subito vnus ex illis arrianis
q astabat arreptus a demonio in mediū ꝓsili-
uit: atqꝫ clamare cepit. Vtinā sic torqueantur
vt torqueor qui nō credūt ambrosio. At illi cō
fusi in piscinā demersū hominem necauerunt.

¶ Quarto manifestata fuit sanctitas bti ābro
sij in punitione. Nā deus multos acriter pu-
niuit q illū vel in vita sua vel post mortē pseq
p̄sumpserunt. Dū ad quādā ciuitatē ꝓ quodā
epo ordināndo iuisset: ⁊ eius electioni iustina ī-
peratrix ⁊ alij heretici ꝯdicerēt. Vna de arria
noꝝ virginibus īpudentior ceteris btm̄ ābro-
siū p vestimentū apphēdit: volēs ipsū ad par-
tē mulieruꝫ trahere: vt ab eis cesus de ecclesia
cum iniuria expelleret̃. Cui ambrosius ait. Et
si ego indignus tanto sacerdotio sū: tñ nō ꝯue
nit te in qualēcunqꝫ sacerdotē manus iniicere
vñ timere debuisti iudiciū dei: ne aliqd mali ti-
bi ꝯtingat: qḋ factū exitus ꝯfirmauit. Nā die
altera mortuā ad sepulchrū deduxerūt. Cū mł-
ti instarēt cū iustina īperatrice vt ābrosium in
exiliū mitterēt. vnus coꝝ ceteris infelicior in
tantū furorē excitatus ē: vt iuxta eccl̃iaꝫ domū
sibi locaret: ac in cadē quadrigā paratā hēret:
quo ꝓcurāte iustitia facilius raptū ad exilium
deportaret. Sed dei iudicio ipso die quo se eū
rapere arbitrabat̃ in eadem quadriga de eadē
domo exilio dānatus ē. Quidā presbyter duꝫ
in ꝯuiuio cū multis eēt ⁊ sancto ambrosio de-
trahere cepisset eū ꝯtinuo plaga ꝑtulit: ⁊ de cō
uiuio ad lectū adductus finiuit vitam. In vr-
be cartaginēsi cū tres epi insimul ꝯuiuarent: ⁊
vnus eoꝝ btō ambrosio detraxisset: relatū ē il
li quid illi presbytero qui sibi detraxerat acci-
disset. Qḋ cū ille vilipēderet: subito letale vul-
nus accepit: ⁊ ad extremū ꝯtinuo diem clausit.
¶ Quinto manifestata fuit scitas bti ābrosij ī
ꝯsummatione. Nā obitus sui diē añ presciuit:
reuelauitqꝫ fratribus cū gaudio: qualit̃ vsqꝫ ad
resurrectionē dñicā eēt cū eis mansurus. An-
te xpo paucos dies q̄ꝫ lectulo detineret̃: cū qua
dragesimūquartū psalmū cū notario dictaret:
subito vidēte notario in modum scuti breuis
ignis caput eius cooperuit: ⁊ facies eius tāq̄ꝫ
nix effecta ē: ⁊ postmodū ad suā speciē reuersa.
Ipso g̊ die scribēdi ⁊ dictādi finē fecit. nec ipꝫ
psalmū explere potuit. Cū xpo infirmitate gra
uari cepisset: Comes italie qui tunc mediolani
erat nobiles ꝯuocauit dicēs. Qr tāto viro rece
dēte periculū esset: ne italie interitus īmineret
Rogauitqꝫ vt ad viꝝ dei accederēt depcātes
vt adhuc spatiū viuēdi sibi a dño īpetraret: qḋ
ille vbi audiuit rñdit. Nō ita inter vos vixi vt
me viuere pudeat: nec mori timeo: cū bonū do
minū habeamus. Eo tpe q̄ttuor eius dyaconi
inuicē ꝯuenerūt: tractātes in se qs post ei⁹ obi

tum bonus esset. Cū ergo a loco i quo vir dei iacebat lōge cēnt: vt simplicianū ita plane nominassent vt vir inuicē se audirent. Ille ab eis lōge posit⁹ ↄtinuo exclamauit. senex ꝫ bon⁹: qđ illi audientes territi fugerūt: ⁊ nō nisi illū post eius obitū elegerūt. Honoratus v̄o eps v̄cellensis q beati ambrosij exitū expectabat: cuꝫ se sopori dedisset: vocē tertio se clamantē audiuit Surge q: mō est recessurus. Qui ↄsurgēs mediolanū cōcitus venit: ⁊ ei dn̄ici corpis sacramentū dedit. Morꝗ ille manus in modū crucis expādit: ⁊ vltimū spūm inter v̄ba oratōis efflauit. Floruit aūt circa annos dn̄i. ccc. lxxxx. Cū aūt in nocte pasce corpus eius ad eccl'iam fuisset delatum: plurimi infantes baptiçati cuꝫ viderūt: ita vt aliqui eū sedentē i cathedra vel tribunali dicerēt. Alij ascendētem i celū parentibus suis digito demōstrarēt. Nōnulli vero stellā sup corpus eius se vidisse narrarēt. Anima igit̄ illius ad ethera ↄuolauit: ibiꝗ iter angeloꝝ agmina fruit̄ eterna pace: ad quam nos perducat iesus, filius dei. Qui sit benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo sexagesimussecundus de sācto Antonio abbate: qui diaboli tentamenta cum dei adiutorio viriliter superauit.

BEatus vir qui suffert tētationē: qm̄ cum probat⁹ fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit deus diligētibus se. Scribunt̄ hec verba originalr̄ Jacobi. i. c. In toto terraꝝ orbe clarus habet̄ antonius: qui suffragia eius poscentibus: liberalissime ↄdescēdere ↄsueuit. Est qppe magni meriti apud deū: ideo se inuocātes a periculis grauissimis ꝑsepe liberat. Moti ex h̄ fideles die festiuitatis eius vbiꝗ solēnit̄ agūt Alig ↄuiuia pauperibus ꝑparantes. Nōnulli diuina p ministros eccl'ie celebrari facientes. Quidam vero pia vota exsoluentes ieiunioꝝ ⁊ visitationū temploꝝ dei: que vocabulo sci antonij sunt ↄsecrata. Jccirco in p̄nti sermōe de ipso p̄re beatissimo dicturi erimus. Cuius laudes potissimū extollunt̄: q: demones ↄfudit atꝗ deiecit: passus. n. eoꝝ importunas insidias nō succubuit: immo supbiā illoꝝ cōtriuit atꝗ deuicit. Jdeo ↄuenientissime de illo dicūt̄ verba i themate posita. In qbus de tentatiōe illi⁹ tria mysteria, ꝑponim⁹ ↄtemplanda

Primum dicit̄ verificationis.

Secundum modificationis.

Tertium coronationis.

¶ Q: diabolus tentauit Antoniū qui semper tētat ad malū: ⁊ de qbusdā dubijstentationis.

¶ Capitulum. j.

PRimū mysteriuꝫ ↄtēplandū de tētatiōe bti ātonij dr̄ verificatiōis. vere qppe a diabolis tētat⁹ fuit ↄrentib⁹ eū a via recta deuiare. Sed, p ăpliore hui⁹ partis itelligentia quattuor dubia erunt absoluenda.

Primū vtꝝ, ꝑpriuꝫ diaboli sit tentare.

Secunduꝫ vtrum deus permittere debeat homines a diabolo tentari.

Tertium vtrum diabolus semel superatus audeat amplius tentare.

Quartū vtrū tentatiōis ipulsio sit desiderāda.

¶ Ad primū dubiuꝫ rn̄dent alig. q: nō sit ꝑpriuꝫ officiuꝫ diaboli tentare. Nam tentat deus vn̄ genes. xxij. c. dr̄. tentauit de⁹ abrahā. Et sapientie. iij. c. scribit̄ de iustis: deus tentauit illos ⁊ inuenit illos dignos se. Et deutero. xiij. c. Tētat vos dn̄s deus vr̄ vt palā fiat vtꝝ diligatis euꝫ aut non. Et in psal. Proba me dn̄e ⁊ tēta me. Insup tentat caro. vn̄ Jaco. j. c. sue canoice. ait. vnusqsꝗ tentat̄ a ↄcupiscētia sua. Tētat adhuc hō. sicut de xp̄o legit̄. Joānis. vj. c. Cuꝫ iterrogauit philippū vn̄ panes emeret̄ tētans euꝫ. Ipse nāꝗ sciebat qđ esset factur⁹. Igr̄ nō ↄuenit diabolo soli tētare. Sed ex pte altera vr̄ ꝑbari posse. q: diaboli offici[illegible] sit tentare Magꝫ glo. sup illo v̄bo ad thesolonicēses. ca. iij. p̄ie ep̄le. ne forte tentauerit vos is q tentat ait. i. diabol⁹ cui⁹ officiū ē tentare. Et matth. iiij. c. vocat̄ diabol⁹ tentator. R̄ndenduꝫ q̄ ē sm̄ doctrinaꝫ dn̄i bonauēture in. ij. di. xxj. Et sancti thome p̄ia pte. q. cētesima q̄rtadecia. q: hoc vocabuluꝫ tentare multas h̄ꝫ acceptiōes. Sicut dicūt illi q significatōes vocabuloꝝ studiose rimati sunt. Si tn̄ velim⁹ eius p̄ncipaleꝫ ⁊ p̄cipuaꝫ significationē accipe: tentare, ꝑbare ē. Vn̄ tentatio dici pōt quidā tact⁹ quo illud q̄ tangit̄, p bat̄. Sicut cecus dr̄ tentare qn̄ suo tactu vult aliquaꝫ certitudinē h̄re de aliq re quā tangit. p hunc modū in sp̄ualib⁹ tentatio qdaꝫ tact⁹ dr̄ ad, ꝑbandū ordinat⁹. Hoc aūt pōt esse m'ltipliciter. Aut q: ille q tentat itendit, ꝑbare ⁊ approbare: siue approbatū oñdere. ⁊ hoc mō tētat deus q lꝫ sciat bonitatē amicoꝝ suoꝝ. vult nihilo minus illā per tentationē suā alijs inotescere. Aut ille q pulsat intendit, ꝑbare ⁊ reprobare si

ne reprobū facere. ⁊ sic tentat diabolus q̄ semꝑ
tētat i pctm̄ ꝑcipitando. Aut q2 ille q̄ tētat itē
dit ꝓbare ⁊ expimentū sumere. ⁊ sic tentat hō
ꝙ fieri pōt bn̄ du3 de hoīe tm̄ querit expimen-
tū. Pōt etia3 fieri male: dū expimentū q̄ritur
insidiose. Sicut faciebāt pharisei tentātes xp̄3
dum interrogabant. Si licet censum dari cesa
ri. Quibus rn̄dit: quid me tentatis hipocrite.
Matthei. xxij. c. Sed pessime facit homo dum
tentat deum. Et vt dicit glo. super illo verbo
Deutero. vj. c. Nō tētabis dn̄m deū tuū. deu3
tentat qui habens qd̄ faciat sine rōne cōmittit
se periculo: experiens vtrū possit a deo liberari
Nā l3 in deo ꝑncipaliter oīs spes mortaliū sit
erigenda. Tn̄ d3 homo facere qd̄ in se est ad q̄-
cunq3 pericula euitanda. Noluit. n. xp̄s de pi-
naculo se eijcere q2 periculū erat s3 naturā. Et
miraculū facere tūc nō erat expediēs. Sic pau
lus de muro ꝑ sportam: vt euaderet dimitti se
iussit: nec expectauit ꝙ deus mitteret angelu3
suū. Qd̄ aūt btā agatha medicias carnales cō-
tēnebat: ⁊ alij sancti multa similia fecerint: nō
erat ex tentatione dei: sed ex familiari instictu
spūs sancti: vt inquit tho. xxij. q. lxxxvij. Et q̄
a iure cōi exorbitāt in ꝯn̄tiam nō sunt trahen-
da. vt dr̄ de regu. iuris. in. vj. Non est itaq3 tē-
tandus deus neq3 quantū ad suam potentia3.
Sicut faciunt illi qui in periculis positi: cū via
humana liberari possint nolūt: expectantes li-
beratione a deo. Sicut fecit iudas machabe9:
qui cū reperiret se cum paucis: ⁊ videret exer-
citū bachidis numerosū: cū posset declinare cer
tamen erubescētia ductus cōmittēs se deo bel
lum inijt: in quo occisus est: vt habet̄ in primo
machabe. libro. Duella insuꝑ assumere volūta
rie pertinet ad tētationem dei. Ideo ꝓhibētur
ij. q. iiij. c. monomachiam. Et si obijceret̄ de da
uid qui inijt singulare certamen cum golia. vt
ponitur primo regum. xvj. c. Respondet Ni-
cholaus de lira: ꝙ hoc fecit ex instinctu spirit9
sancti. Fuit etiam figura duelli qd̄ xp̄s fecit cū
diabolo signato in golia: qui potētia ⁊ malitia
sua oēs exterrebat. Sed xp̄s figurabat i dauid
qui interpretat̄ manus fortis: qui funda humi
litatis ⁊ lapide fortitudinis: totus inermis su-
stinendo humilimā passionem eum ꝓstrauit.
Nec tentari debet deus quantum ad suam sa-
pientiam. Sicut faciūt hi qui inepti sunt: ⁊ po
nunt se ad predicandum legendum disputādū
sperantes a deo sciam sibi infundi. Non ē etiā
tentandus deus quantum ad suam bonitate3
⁊ clementiam: sicut faciunt hi qui peccatis ve
teribus addentes noua expectantes in fine vi-
te ad penitentiam redire sperant ex dei miseri
cordia salui fieri. Sed hos dimittamus cōclu-
dentes ꝙ solus diabolus ⁊ semper tentat ad
malum. Caro autem ⁊ mundus dicuntur ten-
tare instrumentaliter seu materialiter: inquan
tum scilicet potest cognosci qualis sit homo.
Ex hoc quod sequitur vel repugnat concupi-
scentijs carnis. Et ex hoc q' contemnit mundi
prospera ⁊ aduersa: quibus etia3 diabolus vti-
tur ad tentandum. Igitur cōtra diabolū mu
niti esse debemus: de quo inquit Petrus epi-
stola prima. c. v. Sobrij estote ⁊ vigilate: quia
aduersarius vester diabolus tanq3 leo rugiēs
circuit querens quem deuoret: cui resistite for-
tes in fide. Et paulus ad Ephesios. c. vj. ait. Cō
fortamini in domino: ⁊ in potentia virtutis
eius: induite vos armaturam dei: vt possitis
stare aduersus insidias diaboli: quia non ē col
luctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem. Sed
aduersus principes ⁊ potestates: aduersus mū
di rectores tenebrarum harum. In quibus V-
bis admonet nos apostolus confortari in do-
mino ⁊ induere armaturā dei. i. que a solo deo
fabricatur: scilicet armatura virtutum. Unde
signanter dicit. Induite ⁊ non facite: quia de-
us arma facit. Illa vero nos debemus accipe-
re vt possimus resistere in bello grauissimo qd̄
nobis mouet hostis antiquus. Cuius grauita
tem designat paulus ex multis. Primo ex pro
pinquitate: quia colluctantur nobiscum ipsi de
mones infernales. Secūdo ex simplicitate. Nō
enim ipsi demōes sunt materiales: ⁊ nobis cō
municant in materia. Propterea dixit aposto
lus. Aduersus carnem ⁊ sanguinem. i. non ha-
bemus luctari aduersus homines d̄biles ⁊ fra
giles: vel non habemus luctari aduersus car-
nem ⁊ sanguinem tm̄: id est aduersus vitia car
nalia: que ex carne ⁊ sanguine procedunt. Ter
tio ex virtuositate. Unde subdit. Sed aduer-
sus principes ⁊ potestates: id est non solu3 ad-
uersum minores demones: sed etiam aduersus
mediocres q̄ minoribus presunt: quos vocat
principes. Et aduersus etiā maiores quos vo
cat potestates: quia maiores habent potestatē
suꝑ mediocres: qui minoribus ꝑncipantur. Et
vult dicere apl's: ꝙ habemus luctas occultas ꝯ
oēs demones. s. maiores: medios: ⁊ infimos.

Propterea sequit̄ aduersus mundi rectores.i.
aduersus multitudinē demonū qui mundū re
gunt:nō quidē mundū istū sensibilē:quē deus
creauit atq; regit. Sed mundū.i.mūdanos ho
mines mūdanoꝝ amatores:ꝓpterea subiūgit
tenebraꝝ haꝝ. Et q2 apl's noiat demones pri/
cipes ⁊ potestates. Aduertēdū ſm theologoꝝ
sententiā in scdo.distinctiōe.viij.ꝙ inter de/
mones ē ordinū distinctio. Sed vt inquit bo/
nauētura de angelis possumus loq quantū ad
triplicē statū.s.glorie:⁊ nature institute:⁊ lapse
Quantū ad statū glorie:ē in eis ponere ordinū
distinctionē ꝑfectam. Quantū ad statū nature
institute ordinū distinctionē ꝑfectā. Quantuz
ad statū culpe siue nature lapse:ē ponere in eis
ordinū distinctionē s3 iperfectā ⁊ ꝑuersaz. Im
perfectā ꝑꝑ priuationē gratie que habilitatez
nature ꝑficit ꝑuersā. ꝓpter penitētiā culpe:q̄
quāuis substātiā naturalē nō corrūpat:tn̄ fe/
dat ⁊ deordinat. Et hoc manifestū ē si attēdat̄
ꝙ illi q meliora habuerūt naturalia:alijs gra/
uius peccauerūt ⁊ peccāt:tū ꝑꝑ hoc ꝙ ardenti
us appetiuerūt:tū q2 magis ingrati fuerūt: tū
q2 modo etiā acrius vexāt. Ideo iu ipsis est or
do ſm ꝑcellentiā naturaliū s3 ꝑuersus adiun/
ctione culpaꝝ. Et sic inter eos ē ordo:ita ⁊ ꝑla/
tio de qua dixi in tractatu de timore iudicioꝝ
dei. Demones itaq; tētant semꝑ ad malū idu/
cere nos satagentes. ¶ Secundū dubium fuit
vtꝝ deus debeat ꝑmittere hoīes a diabolo tē/
tari. Et pleriq; obiicere solēt ꝙ nō. Nam nō ē
equa cōditio pugne vt infirmus ꝯ fortē:igna/
rus ꝯ astutū exponat̄ ad bellū. Sed hoīes sunt
infirmi ⁊ ignari:diabolus aūt potēs ⁊ astutus
de quo dr̄ Iob.xxxxj.c. Nō ē potestas suꝑ ter/
rā que cōparet̄ ei. Et h3 mille nocendi modos:
vt refert Aug'. Igit̄ nō d3 deus auctor oīs iu/
stitie ꝑmittere vt hoīes a diabolis impugnent̄
Ad hoc rn̄det tho.vbi.s.ꝙ l3 inequaliter fit pu
gne ꝯditio inter demōes ⁊ hoīes ex ꝑte hoīum
tn̄ fit recōpensatio ex ꝑte dei:qui tētatis subue
nit:⁊ auxilio gr̄e sue illuminātis itellectū:⁊ ro/
borātis affectū. Et etiā angeloꝝ ministerio: q
nobis in tētationibꝰ assunt:quare ē debilis ho
stis.vt Grego.dicit:⁊ nō vincit nisi volentez.
Ideo deus ad gloriā electoꝝ cōcedit diabolo
tētandi facultatē. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrum
diabolus tētans postq̄3 superat̄ audcat āplius
tētare. Ad hoc dicit tho.vbi.s.ꝙ voluerūt qui
dā demonē victū:nullū hoiem posse de cetero
tētare:nec de eodē nec de alio peccato.nā mat
thei.iiij.c.dicit̄ de xp̄o superante. Tunc reliqt
eum diabolus:sed hoc videt̄ stare non posse:q2
xp̄s in prima tentatiōe diabolū vicit:⁊ nihilo/
minus scdo ⁊ tertio tentauit eundem. Alij aūt
asserūt ꝙ pōt alios tentare:⁊ etiā eūdē:l3 qn̄q;
victus tētare cesset ad tēpus. Et huiꝰ ratio du
plex est:vna ex parte diuine clementie:quia vt
Crisostꝰ.dicit suꝑ matth. Nō tādiu hoīes dei
diabolus tentat quandiu vult:sed quandiu de
us permittit:qui ⁊ si permittit paulisper ten/
tare:tamen repellit propter infirmam natu/
rā. Alia rō sumit̄ ex astutia diaboli. Vn̄ Am/
bro.dicit super Lucā.ꝙ diabolus istare formi
dat:q2 frequētius refugit triunphantem: ꝙ tn̄
diabolus aliqn̄ redeat ad eū quē dimisit:p3 ꝑ il
lud qd̄ scribitur Matthei.xij. Reuertar in do
mū meā vnde exiui. ¶ Quartū dubiū fuit vtꝝ
tētationis impulsio sit desiderāda. Et ꝙ sic vi
detur. Nā Iacobꝰ.i.c.ait. Omne gaudiū existi
mate fratres cū in tētationes varias inciderí/
tis. Et Dauid ī psal'. Proba me dn̄e ⁊ tēta me
Insuꝑ omne illud ē desiderādū qd̄ fac̄ ad exer
citationē virtutis:⁊ ꝓmotionē gratie:⁊ cōsū/
mationē meritoꝝ. Tētatio ē huiusmōi ergo ē
desiderāda. Sed ꝯriū videt̄ q2 nihil est deside/
randū:cuius cōtrariū ē ꝯtinue petēdū. S3 oēs
dicere debēt. Et ne nos iducas in tentationez.
ergo nullus debet illā desiderare. Insuper xp̄s
dixit Matthei.xxvj. Vigilate ⁊ orate ne intre
tis in tētationem:ergo tētatio ē ꝑcauenda nō
desideranda. Ad hanc.q.determinandā dupli
citer rn̄dere possumus ſm bonauen.di.xxiij.se
cūdi libri. Vno modo sic vt dicamus:ꝙ cū tri/
plex sit tētatio:siue a triplici principio: vna.s.a
deo:alia a carne:⁊ tertia a diabolo. Prima tē/
tatio simpl'r appetenda est:q2 deus non tentat
nos nisi ad bonū. Altera vo tētatio que est a
carne simpliciter fugienda est:qa illa nō potest
cē absq; peccato: sicut magister docet in scdo
di.xxj. Tertia vo que ē a diabolo aliquibus fu
giēda ē:aliquibus appettēda.his enim qui vir
tute fortes sunt nec de facili in tētationē indu/
ci possunt etiā si tentant̄ appetibil'r ē tētari ad
sue virtutis exercitiū ⁊ cumulū meritorū. In/
firmis vo minime:q2 timere pn̄t ne ex ipso ī/
pulsu in tentationē inducant̄:ꝙ omnes debēt
refugere. Nam si tētari malū nō sit in tētatio
nem induci:semꝑ malum est:quia hoc est a tē/
tatione superari. Et hoc est quod dicit Aug'.
lib.xiiij.de ciui.dei. Sicut se habet firmitas ele
ctoꝝ sic metuunt cupiuntq; tētari. Alius mo/

dus dicēdi ē: q duplicit e loqui de tētatione: aut sub ratione ꝓpria: et sic tentatio est impulsus ad illicitum: s'm q de ea fit sermo in ꝓposito. Loquimur. n. hic de tētatione diaboli: que fit per mali culpe suggestionē: qua diabol⁹ hominē ad malū nitit incuruare: nō de tentatiōe dei que fit p flagellationē illam: ergo tentationē p se ↄsideratā: nullus debet appetere: imo abhorrere et refugere maxime ↄsiderando finē. Aliter ē considerare tentationē ꝓut est materia exercende virtutis: et sic a viris iustis desiderari pōt: ab eis potissime qui in charitate feruēt: adeo q ignis deuotōis ipoꝝ poti⁹ inflāmat ex pn̄tia cōtrarij q̄ extinguit. Ab eis autē qui modice sunt charitatis nō sic desiderari debet Et exēplum ē q2 ventus pflans fornacē magis et magis accendit sed candelā extinguit. Et iō tētationis impulsus: et si quantū in se ē refugiendus sit ab oibus: et ab infirmis potissime. In quantū tn̄ est virtutis exercēde materia a viris feruentibus et pfectis appeti pōt. Illud tn̄ genus tentationis potissime appetunt viri iusti qd̄ est in flagelloꝝ perpessiōe. Sicut passus est iob et thobias et sancti martyres ab impijs zelo diabolico excitatis. Et p hec soluunt obiecta ad vtranq3 partem: p tentationū itaq3 semitam nos ire cōuenit: q2 regnū celoꝝ vim patitur: et violēti rapiunt illud: sicut Matth. xij. c. saluator dixit. S3 pfecto dolendū ē q2 rarissimi reperiunt: quos diabolus non subegerit. O q̄3 magna multitudo coꝝ q dereliquerūt deū et diabolo adheserunt: omnes declinauerunt p maiori parte: et inutiles facti sunt: nec est q velit perseueranter facere bonū. Antonius vero beatissimus a demonibus multimode tētatus illos spreuit vt audiemus in sequēti mysterio Et quia firmiter adhesit xp̄o: demonibus superatis aggregatus fuit societati iocūdissime angeloꝝ bonoꝝ.

De quattuor modis tentationū quibus diabolus conatus est antoniū superare. Cap. ij.

Secundum mysterium cōtemplandū de tentatione beati antonij: dr̄ modificationis. Quattuor nanq3 modis diabolus eū inuasit: querēs illū a virtutū amore reuocare.
Primus dr̄ naturalis affectionis.
Secundus carnalis stimulationis.
Tertius corporalis flagellationis.
Quartus argenti et auri ostensionis.

Primus modus quo diabolus antoniū inuasit fuit naturalis affectionis: qua inclinabatur sororem suam diligere ac seipsum: vt enim narrat beatus Athanasius episcopus qui vitā eius descripsit. Antonius nobilibus parentibus in egypto natus est: tanta suoꝝ nutrit⁹ cura: vt nihil aliud preter parentes domūq3 cognosceret: et cū iam puer esset nō se lr̄is erudiri: nō ineptis infantiū iungi passus est fabulis Ad ecclesiā cum parentibus sepe conueniens totum se deuotioni prebebat: post mortem autem parentum: cum esset annoꝝ. xx. cum sorore admodū paruula derelict⁹: et dom⁹ et soroꝝ hōestā curā gerebat. Veruntamen vt saluatorem imitaretur in illa etate florēti: vēditis omnibus et pauperibus dispensatis: paruis ꝓ sorore seruatis: sorore fidelibus ac deuotis virginibus cōmendata: ad dei seruitium se cōtulit. Cunq3 vigilijs orationibus et ieiunijs insisteret: volens diabolus illum accepto instituto retrahere: imittebat ei memoriam possessionum sororis defensionem: generis nobilitatē: amorem rerum: fluxam seculi gloriam: esse variam delectationem: et reliqua vite remissioris blandimenta: postremo virtutis arduum finem: et maximum perueniendi laborē: necnō et corporis fragilitatem: et etatis spatia prolixa: Antonius vero omnia oratione sua fideli a suo corde penitus expellebat. Secundus modus q̊ diabolus antonium impugnabat dicitur carnalis stimulationis. Consueta quidē aduersus omnes adolescentes arma suscipiēs: nocturnis eum inquietabat illecebris. Conabaturq3 cogitationes sordidas inserere. Et antonius eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus carnis ardore. Hic fide ac ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchre mulieris vertebatur ornatum: nulla dimittens figmenta lasciuie. Hic vltrices gehenne flāmas et dolorem vermis recordans: cogitationibus libidinum obijciebat. Ille lubricum adolescentie iter et ad ruinam facile propōebat. Hic eterna futuri iudicij tormenta considerans: illesā anime puritatem seruabat. Ac postremum hostis ille malignus qualis est merito talē se demonstrabat. Apparebat enim puer horridus atq3 niger: ad eius genua se prouoluens: et quasi deflendo dicens. Multos seduxi: plurimos decepi: nunc autem tuo sum labore superatus Quem cum interrogasset antonius quis esset: ait. Ego sum fornicationis amicus. Ego qui a te semper sum passus repulsam. Cum hec audisset antonius gratias agens deo. Aduersa

rio rñdit. Multum despectibilis es: multũꝗ vilis. Nam ⁊ obscuritas tua ⁊ etas infirmaꝝ signa sunt rerum: nulla mihi iam de te cura ē. dominus mihi adiutor: ⁊ ego despiciam inimicos meos. Et statim ad vocem canentis fantasma quod videbatur euanuit. Antonius vero confortatus magis ac magis suum corpus anime fuituti subdebat. ¶ Tertius modus q̊ diabolus tentauit antonium dicitur corporalis flagellationis. Nam volens antonius artiorem ducere vitam: ad sepulchra quedã remota ⁊ solitaria prexit: vni fratrum de cognitis mandans: vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in vna tũba marmorea supradictus frater cum clausisset: solus ibidẽ morabat metuens autem diabolus ne accessu temporis heremum habitari faceret: ita cum aggregatꝭ satellitibus suis varia cede lacerauit: vt doloris magnitudo motum aufferret ⁊ vocẽ. Naꝫ ⁊ ipse postea referebat vulnera fuisse tam grauia: vt vniuersa hominum tormẽta superarẽt. Sed die sequenti is frater quem supra diximꝰ venit cibos afferens consuetos. Et fractis foribus inuenit eum in terra iacenteꝫ quasi mortuum: ⁊ humeris impositum ad villule domicilium reportauit: quo audito ingens vicinoꝝ atqꝫ affiniũ multitudo ꝯcurrẽs triste i medio positi funeris offm̃ reddebat. Et iaꝫ media noctis parte decursa omnium oculos deuicerat sopor. Tunc antonius anima paululum redeunte suspirans eleuauit caput: ⁊ postq̃ꝫ ceterꝭ dormientibus eum a quo delatus fuerat vigilare cõsperit: nutu aduocãs obsecrauit vt nullo penitus excitato ad pristinũ se referret habitaculũ. Relatus ergo iuxta morem solus iterũ permanebat: ⁊ stare quidem ꝓpter recẽtes plagas non poterat. Orans vero prostratus post orationem clara voce dicebat. Ecce hic sũ ego antonius: nõ fugio vestra certamina. Tunc sonitus repentinus increpuit: ita vt loco funditus agitato: ⁊ parietibus patefactis mltifaria demonũ exinde turba se funderet. Nam ⁊ bestiarum ⁊ serpentum formas induentes: oẽm protinus locũ repleuerunt fantasijs: leonũ: tauroꝝ:: lupoꝝ: aspidum: scorpionum: vrsorum: ⁊ pardorum. Et hec singula ſm suam fremebãt naturam. Antonius vero inimicos deludens dicebat. Si viriuꝫ aliquid haberetis sufficeret vnus ad prelium. Si dominus vobis me ĩ potestatem dedit: ecce presto suꝫ deuorate. Si vero non potestis: cur frustra nitimini? Deniqꝫ cum leuasset oculos vidit desuper culmen aperiri ⁊ deductis tenebris radium ad se lucis istũ ere. Post cuius splendoris aduentum: nec demonum aliquis apparuit: ⁊ corporis dolor cõtinuo cessauit. Edificium quoqꝫ qd̕ paulo ante dissolutum videbatur: instauratum est. Illico presentiam domini intellexit antonius: ⁊ ex imo pectoris trahens longa suspiria dicebat. Vbi eras o iesu? vbi eras? quare a ṗncipio nõ affuisti vt sanares vulnera mea? Et vox ad eũ facta est: Antoni hic eram sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicasti semper auxiliabor tibi: ⁊ faciã te in omni orbe nominari. his peractis ⁊ corpore ⁊ animo mirabiliter cõfortatus est. ¶ Quartus modus quo diabolus tentauit antonium dicitur argenti ⁊ auri ostensionis. Volẽs nãqꝫ antonius mutare locũ contendit ad montẽ ⁊ heremi adhuc monachis ignote: rupto metu viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit importunus aduersarius. Nam argenteuꝫ discum in itinere proiecit. Quo viso antonius diaboli cognouit astutiam: stansqꝫ intrepidus ⁊ discum toruis intuens oculis: iter se dicebat vbi hic in deserto discus? auium hoc iter ẽ: nulla sunt vestigia commeantium: lapsus de sarcina pre magnitudine latere non potuit. Sed qui perdiderat reuersus ad solitudines locoruꝫ inuenisset ꝓfecto qd̕ suum fuerat. hoc artificium diabole tuum est: argentum tuũ tecum sit in perditione. hec illo dicente discus vt fumus euanuit. Dehinc ingentem massam auri iacentem in itinere conspexit: at ille rapido cursu q̃si quoddam vitaret incendium ad monteꝫ vsqꝫ peruenit: vbi flumine transuadato inuenit castellum desertum: plenum ob tempus ⁊ solitudinem venenatoꝝ animalium. In quo se constituens nouus hospes habitauit. Statimqꝫ ad eius aduentum ingens turba serpentũ q̃si persecutorem passa profugit.

¶ De quattuor excellentissimis prerogatiuis beati antonij. In quibus manifestatur gloria eius: quam habuit etiam in hoc mundo.

¶ Capitulum. iij.

Tertium mysterium contemplandũ de tentatione sancti antonij dicitur coronatio. Coronauit quippe illum deus non solũ in celesti regno gloria ⁊ honore. Sed etiam in hoc mundo admirandis prerogatiuis ex quibus nos quattuor precipue decurremus.

Prima dr̃ corporis conseruatio.

Secunda mentis illustratio.
Tertia mundialis cōmotio.
Quarta sancta consūmatio.
¶ Prima prerogatiua sancti antonij dicitur
corporis conseruatio. Nam vt asserit athana-
sius cum post viginti annos in solitudine era-
ctos inuentus esset: tam ab his qui ꝓpositum
eius imitari cupiebant: q̄ꝫ ab alijs amicis ⁊ no
tis obstupuerūt vniuersi: ⁊ oris gratiam ⁊ cor
poris dignitatem: qđ nec per quietē intumue
rat: nec ieiunijs demonūq; certamine decorē
amiserat: que in eo sine dei gratia fieri minime
potuissent. Secunda prerogatiua beati anto-
nii dicitur mentis illustratio. Nam lꝫ litteras
non didicerit: mira tamen sagacitate pollebat
ingenij ⁊ venustate dicendi. Aliquando phi-
losophi duo gentiles venerunt ad eum putan
tes antonium se posse decipere: quos cum vi-
disset paganos intellexit ex vultu. Et procedēs
ad eos per interpretem ita dicere cepit. Quare
tam longe stultum hominem sapientes visita
re voluerunt. Illis dicentibus non esse illū stul
tum sed nimium sapientem: vigilanter respō-
dit. Si ad stultum venistis superfluꝰ labor ve-
ster est: si autem putatis me sapientē esse: ⁊ sa
pientia bona est: imitamini que probatis: quia
bona conuenit imitari: si ego ad vos venissem
vos imitarer. Sed quia vos ad me quasi ad sa
pientem venistis: estote christiani sicut ⁊ ego
sum. Abscesserunt philosophi vtrunq; miran
tes ⁊ acumen ingenii ⁊ elegantiam loquendi.
Alios quoq; mundi sapientes qui cum irride
re cupiebāt: quia litteras ignoraret: tali dispu
tatione colligauit dicens. Respōdete mihi qđ
prius est sensus an littere? ⁊ quidē cuius exor-
dium eꝭ. Sensus ex litteris: an littere oriuntur
ex sensu? Illis asserētibus quia sensus esset au
ctor litterarum ait. Igit̄ cui sensus incolumis
est hic litteras non requirit. Obstupuerunt illi
tantam in viro dei sagacitatem animi admi-
rantes. Quid plura claruit ⁊ spiritu propheti-
co: ⁊ diuinas reuelationes habuit: sicut patet i
exemplis sequentibus. Virgo quedam que a
tripolitane regiōis ciuitate busiride erat: mor-
bo paralisis grauissime vexata a parentibꝰ ad
antonium adducebatur. Erant autem in eorū
Tertiū mysteriū ↄtemplandū de fide btē lucie dr̄ cōsūmationis. Voluit equidē ꝓ fide xp̄i p̄ntem vitā ꝑ martyrij tolerantiā cōsūmare. In quo tria concurrerunt.

Primū a morte preseruatio.

Scōm secretoꝝ reuelatio.

Tertiū corporis xp̄i susceptio.

¶ Primū qd̄ ↄcurrit circa tolerantiā martyrij btē lucie: dr̄ a morte preseruatio. Nō enim tormenta potuerūt extinguere illā: ita cito sic̄ fecissent: qꝛ de⁹ pseruabat eā vsq3 ad tp̄s. Nā cū pascasi⁹ angustiareṫ nimis: vidēs illā adeo imobilē effectā: iussit copiosū ignē circa eā accendi picēq3 ⁊ resinā ac feruens oleū sup̱ eam fūdi. Dixitq3 lucia. Indutias impetraui martyrij mei: vt credētib⁹ timorē auferā passiōis ⁊ nō credentibus vocē insultationis: videntes āt amici pascasij eū angustiari: in gutture ei⁹ gladiū imerserūt: q̄ nec sic extincta ē: nec loq̄lā amisit. ¶ Scōm qd̄ ↄcurrit circa martyriū beate lucie: dr̄ secretoꝝ reuelatio. Reuelauit enim ea q̄ secreta erāt: ⁊ sciri nō poterāt: ꝑꝑ distantiā loci. dixitq3. Annuncio vobis pacē ecclesie redditā maximiano hodie mortuo ⁊ d̄ regno suo diocleciano expulso. Et sic̄ ciuitati cathaniensi soror mea agatha data est ꝓtectrix. Sic ⁊ ego ciuitati siracusane ↄcessa sū interuētrix. Dū hec verba loquiṫ. Ecce ministri romanoꝝ venerūt ⁊ pascasiū apprehendētes: vinctū ad cesarē secū duxerūt. Audierat eni cesar ꝙ multa rapuerat. Quare de suis scelerib⁹ conuict⁹ capitali snīa fuit punitus. ¶ Tertiū qd̄ ↄcurrit i martyrio btē lucie: dr̄ corꝑis xp̄i susceptō. Nā de loco in quo ꝑcussa est: nō est mota: nec spm̄ tradidit: q̄adusq3 veniret̄ ⁊ corp⁹ dñi sacerdotes ei traderēt: ⁊ oēs astantes amē dño r̄ndereṫ. In eodē āt loco est sepulta ⁊ eccl̄ia fabricata. Fuit alia lucia cui⁹ officiū ecclesia celebrat mense septēbris. hec tp̄e diocleciani ⁊ maximiani in viduitate per annos triginta ⁊ sex manserat. Cuiusq3 anni totius vite fuerūt septuaginta quinq3: ꝓut legiṫ in suo officio. Ista accusata a filio Euprepio ꝙ xp̄iana esset iussu diocleciani carceri mancipata fuit: vbi cōsolatione diuinā ꝓmeruit. Deinde corā dioclecia no sedente ꝓ tribunali extensa est: ⁊ fustibus diutissime verberata. Postea in ollā plūbo plenā i circuitu igne copioso succēsā demersa est. Vbi sctā dei psallēs triduo vixit vltio gladio aiaduersa ē. Itaq3 p̄ria lucia i virginitate ꝑmanens: martyriū ꝓ xp̄o passa est. Ista vo in viduitate ꝑseuerans: mori ꝓ xp̄o nō recusauit. Quaꝝ aie gloriā celestis regni in eternū pacifice possidebūt. Ad quā nos ꝑducat iesus fili⁹ dei: q sit bñdict⁹ in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo sexagesimusoctauus de laudibus vere amicitie: que hoies in sctitate conseruat.

Beatus qui inuenit amicū verum. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiastici. xxv. ca. Satis efficax est tam in sp̄uali q̄3 ciuili vita: vinculū amicitie vere: qua hoies cōmunicant sibiipsis vtranq3 fortunā. Propterea a macrobio species iusticie ponitur ⁊ ab ipso atq3 a ceteris sapientibus: miris laudibus preconiçaṫ: qꝛ tñ pleriq3 ferales potius q̄3 rōnales hoies amicitiā ⁊ paruipendunt ⁊ fugiunt. Iccirco in p̄nti sermone d̄ eius laudibus erim⁹ verba facturi: de qua: tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr̄ cōmendationis.

Scōm distinctionis.

Tertiū significationis.

¶ Qꝫ omnes sancti ⁊ morales phi gloriose loquuntur de amicitia.

¶ Capitulum. j.

Primū mysteriū contemplandū de amicitia dr̄ cōmendationis. Omnes quippe tam sancti q̄3 phi morales de illa gloriose loquunṫ. Vnde Sapiens Ecclesiastici. vj. ca. ait Amicus fidelis protectio fortis. Et cassiodorus in libro de amicitia. In hūanis reb⁹ nihil amicitia dulcius inueniṫ: nihil sanctius appetitur: nihil fructuosius custodiṫ. Et in eodē li. Amicitia ꝓpria suauitate virtutes alias condit: aduersa tꝑat: tristiaq3 iocundat. Et idē in ep̄lis. Sine amicis ois cogitatio esset tedium ois opatio labor: ois terra ꝑegrinatō: ois vita tormētū: sine amicoꝝ solatio: viuere eēt mori. Et Ambro. li. d̄ officijs. Solatiū qppe vite h⁹ est: vt habeas cui pect⁹ tuū apias: cui archana cōices: cui secreta tui pectoris committas: vt

colloces tibi virũ fidelẽ:q in ꝓsperis gratulet
in tristib⁹ cõpatiat:in ꝑsecutionib⁹ adhortet.
Et Valerius maximus li.iiij. Amicitie vincu
lũ potens est ⁊ preualidũ:neqꝫ vlla ex pte san
guinis viribus inferius. Et Quitilian⁹ in li.
declamationũ. Nõ reperio qd in rebus hũa-
nis excogitauerit nã prestantius amicitia:qd
cõcordia ꝯ fortunã maius auxiliũ. Et Salus.
in iugurtino. Nõ exercitus neqꝫ thesauri sũt
regni presidia: sed veri amici: q̃s neqꝫ armis
cogere:neqꝫ auro parare queas: officio fideqꝫ
parant. Et Seneca in li. de tranquillitate aĩ.
Nihil eque oblectat aĩum: q̃ꝫ amicitia fidelis
⁊ dulcis. Et Theophrastus phus. Quãti est
sine aĩa corpus:tanti est sine amicis hõ. Et se-
cund⁹ phus interrogatus ab adriano cesare.
quid est amicus.rñdit.desiderabile nomẽ:infe
licitatis refugiũ: indeficiens quies: amanda
felicitas. Et Aristo.i.viij. Ethicoꝝ.ca.i. Ami-
citia maxime necessaria est in vita:sine amicis
nullus eligeret viuere:hñs reliqua bona oĩa ⁊
mendicantibus ⁊ principatus ⁊ ptãtes possi
dentibus: videt amicis maxime opus esse. Et
idẽ in.ij.politice. Amicitiã quidẽ putam⁹ ma
ximũ esse bonoꝝ ciuib⁹. Et idẽ in.iij.topicoꝝ
Magis eligenda est supabundantia amicitie
q̃ꝫ pecuniaꝝ. Et Tullius in questionib⁹ tuscu
lanis. Sũmũ gen⁹ felicitatꝭ est hr̃e amicos. Et
idẽ in li.illo de amicitia de q̊ inqnit aulusgeli⁹
in.i.noctiũ atticaꝝ. Q cũ librũ illũ cõponeret
legit libꝝ theophrasti ꝺ amicitia ait. Excepta
sapia nil melius est datũ hoi a dijs imortalib⁹
amicitia. Et iterũ ibi. Solẽ e mũdo tollere vi
dent:q amicitiã e vita tollũt:q̄ꝛ nihil a deo me
li⁹ habem⁹:nihil iocũdius. Et iterũ. Ego vos
hortari tm̃ possũ: vt amicitiã oĩbus reb⁹ hũa-
nis añponatis. Nihil eni est tã nature aptum
tãqꝫ ꝯueniens ad res vel scd̃as vel aduersas.
Et idẽ li.i.de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Oium
rerũ q̃s ad btẽ viuendũ sapia cõparauit.nihil
est maius amicitia:nihil vberius: nihil iocũdi
us. Sed preter predicta q̃runt aliq: vtꝝ felix i-
digeat amicis. Et posset argui ꝙ nõ.q̄ꝛ quicũ
qꝫ sũt ꝑ se sibi sufficiẽtes ex bonis q̃ hñt: ñ in-
digẽt amicitia alioꝝ:sed felix ꝑ se oĩm bonoꝝ
sufficientiã hꝫ:g̃ nõ videt indigere amicꝭ. In
oppositũ ꝟo arguit tali rõne. Inter oĩa exte-
riora est maximũ bonũ hr̃e amicos. vt ꝓbatũ
est paulo supius ꝑ aristo. Si ergo felici cui oĩa
bona tribuunt nõ dant amici:tũc felici deerit
maximũ bonoꝝ exterioꝝ.s. amicitia qꝺ est ꝯ
rõnẽ felicis. Rñdet ad ista soluenda. ꝙ aut lo-
quimur de felicitate celestis pr̃ie:aut de felici-
tate pñtis vite. Primo eni si loquimur de ꝑfe
cta felicitate q̃ erit in pr̃ia.tunc aut loq̄mur ꝺ
necessitate btitudinis: aut de bñ esse. Primo
mõ dico ꝙ societas amicoꝝ nõ requirit de ne
cessitate ad btitudinẽ pr̃ie.qm̃ ille qui hꝫ totaꝫ
plenitudinẽ sue ꝑfectionis in vno nõ indiget
in alio.sed beatus in patria habet totam ple
nitudineꝫ sue ꝑfectionis in deo: g̊ nõ indiget
alio. Et hoc est qꝺ scribit Sapie.vij.ca. Vene
rũt ãt mihi oĩa bona pariter cũ illa.s.cũ diuia
sapia:q̃ in dei clara visione cõsistit. Vñ Aug⁹
viij.li.sup Genes.ad lr̃aꝫ dicit.ꝙ creatura spi
ritualis ad hoc ꝙ sit btã nõ nisi intrinsic⁹ ad-
iuuat eternitate: veritate ⁊ charitate creatoris
Nã ꝑfectio charitatꝭ est essentialis btitudini
q̃ꝫtũ ad dilectionẽ dei:nõ ãt q̃ꝫtũ ad dilectõeꝫ
ꝓximi. Quare si esset vna sola aĩa fruens deo
nõ hñs ꝓximũ quẽ diligeret: adhuc btã esset
sed supposito ꝓximo seq̄t dilectio eius ex ꝑfe
cta dilectione dei. Vñ q̃si cõcomitant se habꝫ
amicitia ad ꝑfectã btitudinẽ. Scd̃o ꝟo si loq̄
mur de bñ esse btitudinis tũc verũ ẽ ꝙ ad illã
facit societas amicoꝝ:q̄ꝛ sic̃ btitudo essentialis
est quã hꝫ btũs apud deũ solũ: ita btitudo ac-
cidentalis est:quã hꝫ btũs apud aliũ btm̃. Si
ꝟo loq̄mur de felicitate iꝑfecta q̃ nihil aliud
est:large illã sumendo q̃ꝫ ꝓsperitas ⁊ bonorũ
tpaliũ abundantia. tunc dico ꝙ felix aliq̊ mõ
nõ indiget amicis ⁊ aliq̊ mõ indiget. Nã felix
nõ indiget amicitia vtili:q̄ꝛ existũt sibi oĩa bo
na:indiget tamen amicis maxime ꝓpter tria.
Primo ꝓpter cõicationẽ. vt cõicet amicis in-
digentibus felicitatẽ suã.qm̃ vt inq̄t Plato i
Thimeo. Bonos viros decet cõmodos esse.
Et Ouidius in li.ꝺ ponto. Regia crede mihi
res est succurrere lapsis. Cõueniẽs hoi est ho
minẽ seruare voluptas. Scd̃o felix idiget ami
cis ꝓpter cõseruationẽ:q̄ꝛ nullus sufficit sol⁹
seruare ꝓsperitatẽ suã. Jõ inq̄t Tullius in li.
de amicitia. Qm̃ res humane fragiles sunt ⁊
caduce sp acq̄rendi sũt:q̊s diligam⁹ ⁊ a qb⁹ di
ligamur.charitate eni beniuolentiaqꝫ sublata
oĩs est sublata: ⁊ ita iocũditas. Tertio felix in-
diget amicis ꝓpter delectationẽ: q̄ꝛ delectabi
le est ꝯuiuere amicis. Vñ ⁊ Tullius in prefato
li.ꝺ amicitia dicebat. Quid dulcius q̃ꝫ hr̃e ali
quẽ cũ q̊ audeas sic loq̄ oĩa vt tecũ. Propt hec
oĩa ꝯcludit sapiẽs Ecclesiasti.vi.ca. Q inue
nit amicũ fidelẽ iuenit thesauꝝ. Amico ꝗp-

fideli nulla eſt cōparatio ⁊ nō eſt digna ponde
ratio auri ⁊ argenti ꝯtra bonitatē fidei illius.

¶ De triplici amicitia: mala: falſa: ⁊ vera. ¶ Capitulum. ij.

Secundū myſteriū cōtemplandū de ami
citia dr̄ diſtinctio. Diſtinguitur quippe
in ſcripturis diuinis ⁊ humanis tripliciť. Nā
Quedam eſt amicitia mala.
Quedam falſa.
Quedam vera.

¶ Prima amicitia dr̄ mala. que eſt inter eos
qui mali ſunt. ſicut Luce. xxiij. ca. ſcribiť. Fa
cti ſunt amici herodes ⁊ pilatus. Vbi glo. ne-
phandū fedus qđ herodes ⁊ pilatus in occidē
do xp̄m pepegerūt. ꝓpterea Ariſto. viij. ethi.
ait. ca. iij. Perfecta eſt bonoꝝ amicitia: ⁊ ſm̄
virtutē ſimiliū. Et Tullius in li. đ amicitia in-
quit. Virtus amicitiā ⁊ gignit ⁊ cōtinet: nec
ſine virtute amicitia eſſe vllo pacto pōt. Et ite
rū ibi ſic cōcludit. Hoc ſentio niſi i bonis ami
citiā eſſe non poſſe. ¶ Scđa eſt amicitia falſa:
vel ſimulata qñ. ſ. aliqs diligit ſolo noīe ⁊ nō
ope qđ vtiqȝ facile impleri dicit Ambroſi⁹ li.
iij. de officijs. Facilis inquit vox ⁊ cōis tuus
ſū totus: ſed paucoꝝ effectus. Sunt ⁊ alij qui
ſe amicos dicūt: ⁊ nō niſi ꝓpter ꝓpriū cōmo-
dū amant. ꝯ quos dicit Seneca ad lucillū. Ne
gociatio eſt nō amicitia q̄ ad cōmodū accedit.
Et Hiero⁹ in ep̄la ad paulinū ait. Vera ami
citia illa eſt ⁊ xp̄i glutino copulata quā nō vti
litas rei familiaris: nō p̄ntia tm̄ corporis: non
ſubdola ⁊ palpans adulatio: ſed dei timor ⁊ di
uinaꝝ ſcripturaꝝ ſtudia cōciliant. Et idē ſup
Micheā prophetā. Delicata eſt amicitia que
amicoꝝ felicitatē ⁊ diuitias ſequiť. In hoc ge
nere amicitie hodie voluiť q̄ſi totus mundus
Vñ Ouidius li. ij. de ponto ait. Vulgus ami
citias vtilitate ꝓbat: illud amicitie quondam
venerabile nomē ꝓſtat ⁊ in queſtu ꝑ meretri
ce ſedet. Sunt ⁊ adhuc amici falſi. qñ hi qui ſe
amicos fatebanť: amicos deſerūt in aduerſis.
Nā vt ſcribit ſapiens Prouer. xvij. ca. omni
tp̄e diligit qui amicus eſt. Et Valerius li. iiij.
Sincere fidei amici precipue in aduerſis reb⁹
cognoſcunť: in quibus quicqđ preſtať: totū a
cōſtanti beniuolentia ꝓficiſciť. Ob id Tulli⁹
in queſti. tuſcu. ⁊ in. iij. li. de officijs. cōmendat
vna cū valerio mario damonē ⁊ ficiā pictago
ricos q amicitiarū aīo adeo ſtricti erāt vt cuȝ
alterū ex his ſiracuſanus dionyſius occidere
terminaſſet: ⁊ is qui morti adiectus eſſet: pau
cos dies quibus domū ꝓficiſceret a dionyſio
impetraſſet: ſin aliū ꝓ reditu eius daret: alter
rñdere ꝓ amico nō dubitauit: affirmans ꝙ ni
ſi rediret alius infra aſſignatū ſibi terminum
ipſe moreret. Oēs primo iſto inſultu ſunt in
admirationē verſi: q̄ȝq̄ȝ deriderent a plurimis
ſed cū tandē reuerteret amicus ſeqȝ ad diē ter
mini preſentaſſet: admiratus tyrān⁹ coꝝ fidē
ſuppliciū remiſit. Rogans ſe tertiū in ſocieta
tē recipi. Sed hodierna die tales minime in-
ueniunť: quinimo vt Ouidi⁹ ait. li. ij. de pon-
to. Diligiť nemo niſi cū fortuna ſcđa eſt. Et in
li. de triſtib⁹. Donec eris felix multos numera
bis amicos. Tp̄a ſi fuerit nubila ſolus eris. Et
in eodeȝ libro: ſic de quodā ſuo amico tepido
lamentatur.

In caput alta ſuum labenť ab equore retro.
Flumina: cōuerſis ſolqȝ recurret equis.
Terra feret ſtellas: celum ſcindetur aratro.
Vnda dabit flammas: ⁊ dabit ignis aquas.
Omnia nature prepoſtera legibus ibunt.
Parſqȝ ſuū mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient fieri que poſſe negabam.
Et nihil eſt de quo non ſit habenda fides.
Hec ego vaticinor: quia ſuȝ deceptus ab illo.
Laturum miſero: quem mihi rebar opem.
Illud amicitie ſanctum ⁊ venerabile nomen.
Re tibi pro vili ſub pedibuſqȝ iacet.

¶ Tertia igitur amicitia ⁊ vera eſt illa que fū
datur ſup virtutē ⁊ pſeuerat in quolibet ſtatu
ſiue proſperitatis ſiue aduerſitatis.

¶ De ſignis vere amicitie. ¶ Capitulum. iij.

Tertiū myſteriū contemplandū de ami-
citia diciť ſignificatio. Sūt enim aliqua
ſigna per que cognoſci poteſt quando quis eſt
verus amicus. Et hec diſtinguūť in tria. Nā
Alia ſunt ſigna cordis.
Alia ſunt ſigna oris.
Alia ſunt ſigna operis.

¶ Primo ſunt alia ſigna cordis. que ſubdiui-
di poſſunt in tria.
Primū eſt voluntatū concordatio.
Scđm ſecretorum cōmunicatio.
Tertiū animi confirmatio.

Primū ſignū eſt voluntatū cōcordatio. de q̊
ait Tulliuſ li. de amicitia. Idē velle ⁊ idē nolle
Ea demū vera eſt amicitia: qđ vtiqȝ intelligē-
dū ē i reb⁹ virtuoſis: debitis: ⁊ honeſtis. Nā
cōcordia maloꝝ ñ vere amicitia: ſȝ ſȝ ſilitudi
nē dici pōt. Scđm ſignū ē ſecretoꝝ ⁊ ꝯſilioꝝ

cōicatio. vt eni ait Ambro.li.de officijs. Nihil
occultat amicꝰ:si verꝰ ē. Verūtñ caute agēdū
est vt seruet regula Senece ad lucillū dicentis
Oia cū amico delibera:sed de ipso prius. Nā
ingt Macrobius li.saturnaliū. Ita amicū ha
beas vt hūc fieri posse inimicū putes. Et Va
lerius rubrica de dilectōe ⁊ amore dicit. Bias
aiebat oportere hoies ita in vsu amicitie ver
sari vt meminerint eā ad grauissimas inimi-
citias posse cōuerti. Qd̓ qdē pceptū pma spe-
cie nimis fortasse callidū videbat:nimiūqꝫ sim
plicitati:qua pcipue amicicia gaudet ꝯriū:sed
si ai altior cogitatio demissa fuerit pqꝫ vtile
repiet. Tertiū signū vere amicitie dr ai confir
matio. Hoc vtiqꝫ ad verā amicitiaꝫ spectare
cognoscit:vt nō statim mala de amicis credā
tur susurronibꝰ ⁊ bilinguibus. Jō Valeriꝰ li.
iiij.rubrica de moderatōe.laudat platonē.qui
cū a quodā audiret xenocratē discipulū suum
de se multa impie locutū sine vlla cunctatōne
criminantē respuit: Instabat ille certo vultu
cām querēs cur sibi fides nō adhiberet. Adie
cit plato. Non esse credibile vt quē tantopere
amaret ab eo non diligeret. Postremo cū ad
iusiurandū inimicitias serētis malignitas cō
fugisset ne d̓ piurio eiꝰ disputaret affirmauit
nūqꝫ xenocratē illa dicturꝫ fuisse: nisi ea dici
expedire sibi iudicasset. ¶ Scdo sūt alia signa
oris ⁊ hec distingnunt in tria.
Primū est secreta monitio.
Scdm recta locutio.
Tertiū manifesta laudatio.
Primū signum oris vere amicitie est secreta
monitio. Cū.s.qs deprædēdēs in aliq̊ suū ami
cū errare secrete studet illū monere. Juxta sal
uatoris nri documētū.q Matthei.xviij.ca.di
xit. Si peccauerit in te fr̄ tuus: vade ⁊ corripe
cū inter te ⁊ ipsū solum. Et de hoc ita pulchre
loqt Ambro.li.iij.de officijs. O biurget ami-
cus amicū:nō iactantie studio:sed affectu cha
ritatis:vt nec āmonitio aspera sit: nec obiur-
gatio cōtumeliosa. Et Seneca in li.de moribꝰ
Vires tuas magis amici sentiam bñficijs qꝫ
iniurijs. Scdm signū oris est recta locutio. vt
amicꝰ magis loqt amico vera ⁊ vtilia qꝫ blan
da ⁊ falsa ⁊ cū suo dāno illi placētia. Hic sapi
ens ꝓuer.x.ca.ait. Simulator ore decipit ami
cū suū. Et.xvj.ca. Vir iniquꝰ laudat amicū su
um:⁊ ducit eū ꝑ viā nō bonā. Et Augꝰ super
illo verbo psalmiste. Laudat pctōr in desíde-
rijs aie sue. Adulantiū inquit lingue alligant
aias in pctis:delectat enim ea facere in quibꝰ
nō solū metuit rephensor:sed ēt laudat pctōr.
Tertiū signū est manifesta laudatio. vt enim
inquit Criso. Hic mos amantiū est vt amorē
suū silentio tegere neqant. ¶ Tertio sunt alia
signa vere amicitie in opere:⁊ hec adhuc tria.
Primū est grata conuersatio.
Scdm prompta condescensio.
Tertiū honesta satisfactio.
Primū signū est grata conuersatio. Inquit
enim Aristo.ix.Ethicorū. Qr amicus est alius
ipe. Et Tullius. Amicus est alter ego. Iccirco
qui veri amici sunt:libenter conueniūt: fami-
liariter conuersantur. Quare ⁊ Aristo.dicit.
Qr amicis eligibilissimū est conuiuere. Scdm
signū est prompta cōdescensio. Cuꝫ quis ami
co condescendit subueniendo sibi in necessita
tibus suis. Ideo phus quidā cū diceret ei de
quodam paupere:ille amicus illius diuitis est
cur inquit illo diuite pauper est: amicus non
est:qui particeps nō est fortune. Et dū amicꝰ
aliquid expostulat: non est procrastinandum.
Vnde sapiēs in Prouer.dixit. Ne dicas ami
co tuo vade ⁊ reuertere cras enim dabo tibi
cum statim possis dare. Tertiū signū est hone
sta satisfactio. Nec amicus turpia petere de-
bet:nec alius in his satisfacere tenetur. Hinc
Valerius libro.vi. Rubrica grauiter dicta
aut facta. refert publius Rutilius cum amici
cuiusdam iniuste rogationi resisteret: atqꝫ is
per summā indignationē dixisset. Quid ergo
opus est mihi amicitia tua: si quod rogo non
facis. Respondit.imo quid mihi tua:si ꝓpter
te aliquid inhoneste facturus sum. Et Aulus-
gelius in.i.noctium acticarum querens an ꝓ
vtilitate amicorum delinquendū aliqñ sit.ait.
Chilo lacedemonius de hoc dubitauit. Peri
cles atheniēsis egregius vir ingenio bonisqꝫ
oibus disciplinis ornatus ab amico suo roga
tus vt pro re causaqꝫ eius falsum deieraret.
Respondit. O pus est me amicis cōmodare
sed vsqꝫ ad aras theophrastꝰ parua inquit ⁊
tenuis vel turpitudo vel infamia subeunda
est. Si ea re magna vtilitas amico queri pōt
rependitur quippe ⁊ compensatur leue dānū
delibate honestatis maiore alia grauioreqꝫ in
adiuuando amico honestate. hec aulusgelius.
Sed Cicero in li.de amicitia ita ꝯclusit: Nul
la est excusatio pctī:si amicitia peccaueris. Nā
cū ꝯsiliatrix amicitie virtutis opinio fuerit. dif
ficile ē amicitiā manere:si a virtute defeceris.

Hec de amicitia scripta sunt: vt cognoscat vnusquisqz quanta sit vis illius: q̄ tñ a rarissimis obseruatur: vt decet: vbiqz eteni priuatus amor alas suas iã expandit: vnusquisqz qd̄ suũ est q̄rit ꝛ suo tantũ cõmodo satisfaccre studet. Nos xp̄o q̄ xp̄iani sum⁹ ad amicitiã excolẽdã indu cimur: p legẽ illã diuinã: quã xp̄s deus dei filius de virgine natus verbo docuit. pariter ꝛ exẽplo. Diliges ait ꝓximũ tuũ. qd̄ si fecerim⁹ pignus eterne vite ab eo largiter accipiem⁹: q suam nobis grãm largiet in p̄nti seculo. Et in futuro gloriã sempiternã: in q̄ viuit ꝛ regnat p infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo sexagesimusnonus de btissimo confessore Antonio paduano de ordine minorũ.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Verba sũt redẽptoris nr̄i origialiter Mathei. v. ca. ꝛ in euangelio p̄ntis solẽnitatis. Cũcti fere mortales qui baptismali caractere sũt isigniti: btm̄ antoniũ paduanũ deuotiõe ardentissima colũt ac venerant: nec ipse patrociniũ eius exposcentib⁹: ita sit affabilis ꝛ ꝓpitius vt videat quodãmõ cũ illis cõuiuere ꝛ cõmorari. Nullus a fonte sue dulcedinis sitibũdus abscedit: oibusqz cũ inuocantibus presto est. Et vt verissime cantat ecclesia. Ad sacrũ eius tumulũ frequent mẽbra languentũ: mõ sanitati quolibet morbo fuerit grauata restituunt. Propterea ne bñficiorũ illius imemores accusemur: in solẽnitate p̄nti ad sue laudis p̄conia extollẽda: oi studio: oi diligentia: oiqz vi dicendi debem⁹ incũbere. Est qppe in ecclesia dei velut ciuitas posita in cacumine mõtis: q̄ ab oibus videri põt. vt verba ꝓposita dicũt. Qm̄ multa in hoc sctõ reperiunt q̄ fulgẽt in domo dñi: lucentqz oibus q sunt in illa: pp q̄ p̄rem q est in celis glorificãt ꝛ bñdicũt. Sed vt ista clarius habeant d̄ sctõ antonio in p̄ntiaꝝ verba facturi. Triplicẽ excellentiã eius porabimus.

Prima dr̄ religionis.

Scd̄a predicationis.

Tertia glorificationis.

¶ Qualiter btũs antonius etate tenellus habitũ canonicoꝝ regulariũ scti augustini suscepit. Indeqz ꝙlo martyrij succensus trãsijt ad religionẽ minoꝝ. ¶ Capitulum. j.

Prima excellentia scti antonij: dr̄ religionis. Dedicauit nãqz se deo: ꝛ in religiõe sctã laudabilit̄ vsqz ad mortẽ pseuerauit. Vt eni scribit in cronicis ordinis nr̄i minoꝝ. Fuerũt anni vite bti antonij. xxxvi. Nã fuit in domo parentũ annis quindecim. In monasterio xp̄a scti vincentij annis duobus. Et in monasterio sctẽ crucis de colimbria nouẽ ãnis. Postremo in ordine bti francisci multis miraculis clarus decẽ ãnos felicit ꝯsũmauit. Et lʒ in eo multa cõuenirãt: q̄ sue religionis ꝓfessionẽ extollũt: nos tñ tria dũtaxat explicabimus.

Primũ est etas.

Scd̄m causalitas.

Tertiũ charitas.

¶ Primũ q̄ extollit ꝓfessio assũpte religionis a btõ antonio dr̄ etas. Nõ eni expectauit senectã: nõ iuuenilib⁹ ãnis prius voluit obtemperare: sed vbi sextũdecimũ attigit annum spretis mũdi ꝛ carnis illecebris ad qd̄dã cenobiũ ordinis scti augustini vlixbone ciuitatis de q̄ ipse oriũd⁹ erat vicinũ se cõtulit. Ibiqz deuot⁹ habitũ religionis assũpsit: vbi biẽnio exacto: amicoꝝ carnaliũ frequentia turbabat: ne vt cupiebat sedulo ꝯtẽplationi vacaret: q̄re ad sctẽ crucis de colimbria cum superioris licentia aliud. s. eiusdẽ ordinis monasteriũ cõuolauit. Sed pleriqz cũ hec dicim⁹: vel antonio ad iuuenilẽ q̄si motũ imputant: q: ad religionẽ se transtulit: vel detrahũt viris religiosis: q inducere conãtur laicos vt ꝛ ipi fiant religiosi: aut religionẽ dãnãt: q̄ viros qñqz flagitiosos atqz scelestos recipit. Pro quibus tria sũt de necessitate dubia declaranda.

Primũ vtrũ circa religionis ingressũ sit habenda magna deliberatio.

Scd̄m vtrũ peccet ille qui hortat quoscunqz ad religionis ingressũ.

Tertiũ vtrũ petõribus sit denegandus religionis ingressus.

Ad primũ dubiũ r̄ndet Tho. ſa ſe. q. vl. q̄ diuturna deliberatio ꝛ multa cõsilia requirunt in magnis dubijs. vt dicit Aristo. in. iij. ethicoꝝ. In his ãt q̄ sunt certa ꝛ determinata nõ regritur ꝯsiliũ. Circa ãt ingressũ religiõis tria p̄nt ꝯsiderari. Primũ est ipse ingressus religionis ſm se. Et sic ẽ certũ q̄ est meli⁹ bonũ: ꝛ q de hoc dubitat quãtũ de se ẽ: derogat xp̄o q hoc cõsiliũ dedit. Scd̄o põt ꝯsiderari religiõis ingressus p cõparationẽ ad vires ei⁹ q est ingressur⁹ Et sic nõ est locus dubitatiõis: q: illi q ingrediũt religionẽ: nõ cõfidũt de virtute sua: sed diuina. ſm illud Isaie. xl. ca. Qui sperãt i dño

mutabunt fortitudinem. Si tamen esset aliqđ
speciale impedimentũ: puta infirmitas corpo/
ralis: vel onera debitoꝝ: vel aliqđ huiusmodi
requirit deliberatio: ꝯsiliũ habendum est cum
his qui ꝓdesse possunt non impedire. Tertio
pōt considerari ingressus religionis quantum
ad modũ: ⁊ quã religionẽ quis ingredi debeat
Et in talibus haberi pōt ꝯsilium a viris timẽ
tibus deũ. Sed pene oẽs que sua sunt querũt
nõ que iesu xp̄i suã religionem omnibus prefe
rentes: ⁊ plerũqꝫ qđ grauius est alijs derogan
tes nõ attendentes ad quam quis vocet̃ a do/
mino. Voluit ꝗppe ipse deus cuius sapientie
nõ est finis: ecclesiam religionum multiplicitate
decorare: que tñ oẽs vni xp̄o famulant̃: vnũqꝫ
iugũ suaue illius trahũt. Sicut ⁊ de equis dis/
coloribus. Hiero. in ep̄la ad palmachiũ scribit
dicens. Discolores equi sed voluntate ꝯcordes
vnum aurige iugũ trahunt. Non est itaqꝫ de/
trahendũ alicui religioni quam approbauit ec
clesia. Sed omnibus honor est exhibendus: in
quibus diuerse constitutiones reperiuntur: vt
sic satisfiat diuersis inclinationibus volentiuꝫ
deo in religione seruire. ¶ Ad scđm dubiũ di/
cit Tho. vbi. s̃. Ꝙ illi qui inducunt aliquos ad
religionẽ: magno sunt premio digni. Nã scri/
bitur Jacobi. v. c. Qui conuerti fecerit peccato
rem ab errore vie sue liberabit animam eius a
morte: ⁊ operit multitudinẽ peccatoꝝ. Ad hoc
etiã facit qđ dr̃ di. xv. c. tria sunt. Posset tamẽ
ꝯtingere triplex inordinatio. Prima ẽ si violẽ
ter aliquis aliquẽ ad religionẽ cõpelleret: vt. n.
scribit̃. xx. q. iij. c. presens clericus. Nullũ bonũ
nisi voluntarium. Et Hiero. ait de conse. di. v.
Quicquid necessitate fit cito soluitur qđ volũ/
tate perseuerat. Aduertant ad hoc parentes hi
qui filias inuitas monasterijs recludũt quãto
periculo illas exponunt. Considerent ⁊ religio
nũ prelati qui moniales sic factas inuitas reci/
piunt: quid rñsuri eterno iudici qui neminem
vult saluare inuitũ. Audiant aũt oẽs Augusti
num qui lib. i. ꝯfessionũ ait. Nemo inuitus be
ne agit: etiam si bonũ est qđ agit. Secũda inor
dinatio est. Si aliquis simoniace alium ad reli
gioneꝫ trahat pretio dato vel recepto. qđ pro/
hibetur. i. q. ij. c. quam pio. Nota ꝓpterea ꝙ lꝫ
ꝓ ingressu religionis siue monachoꝝ siue mo
nialium nõ liceat aliquid accipere vel exigere
quasi preciũ. Spõte tñ oblata nõ interueniẽte
aliqua corrupta intentione licet recipere. sicut
ꝓbatur. i. q. ij. c. sicut episcopũ. Tertia inordi/
natio est cum quis mendacijs allicit quẽpiam
vt religionem ingrediat̃: puta qꝛ religiõis aspe
ritatẽ ⁊ tentationum bella vel negat vel tacet.
Aut quia multos religiosos cum xp̄o loqui fa
miliariter mentit̃ ⁊ similia: que ⁊ si quandoqꝫ
vera inueniant̃: tamen de plerisqꝫ falso confin
gunt̃. Illicitũ ẽ talibus fallacijs decipere iuue
nes: vt sic mundũ cõtẽnant: qꝛ vt refert Aug. s.
xx. q. ij. c. primuꝫ. Ad salutẽ sempiternã nullus
ducendus est opitulante mendacio. ¶ Ad ter/
tiũ dubiũ sanctꝰ tho. vbi. s̃. rñdet ꝙ ingressus
religionis: nõ solũ ꝯgruit ⁊ expedit exercitatis
in obseruantia preceptoꝝ: vt ad maiorẽ ꝑfecti
onẽ ꝑueniant: sed etiã nõ exercitatis ⁊ peccato
ribus. Nã ⁊ dñs Mattheũ publicanũ qui nõ
erat exercitatus in preceptoꝝ obseruantia vo/
cauit ad obseruantiam consilioꝝ. Ad hoc facit
ꝙ habet̃. xxxiij. q. ij. c. admonere. Vbi stephanꝰ
papa ꝯsulit cuidam vxoricide. ꝙ ingrediat̃ mo
nasterium dicẽs. Relinque hoc maximũ pecca
ti facinus: ingredere monasteriũ. Ad antoniuꝫ
itaqꝫ redeundo dicimus ꝙ ipse spũ sancto isti
gante religionis statum elegit. Ꝙ quideꝫ lꝫ ex
euẽtu rei: quia de bono in melius semꝑ profe/
cit deprehendere possumus id nihilominꝰ ma
nifestat eius ꝯditio anteq̃ꝫ a mũdo discederet
Natus quippe ex venerabilibꝰ hõestissimisqꝫ
parentibus: atqꝫ ab eis in primo flore genitus
iuuentutis: vocatusqꝫ in sacro baptismate fer
dinandus: traditus ab eis fuit educãdus ⁊ l̃ris
imbuendus in eccl̃ia gloriose virginis marie: ĩ
qua bt̄i vincentij martyris corpus honorifice
requiescit. Qua de re cum ipse sic a teneris an/
nis bonis moribus fuisset instructus non nisi
vera prudentia comitante in religione deo ser
uire disposuit. ¶ Secũdũ quo extollit̃ ꝓfessio
assumpte religionis a beato antonio dr̃ causa/
litas. Causa quippe finalis ꝑꝑ quam religio/
sus effectus est: spretis quibuslibet tẽporalibus
bonis fuit vite religiose perfectio: de qua ꝑfe/
ctione tria declaranda se ingerunt.
Primũ in quo ꝯsistit ꝑfectio religionis.
Scđm quõ in tribus votis integrat̃ ⁊ perficit̃
status religionis.
Tertiũ cur inter tria vota prĩcipalius ẽ ⁊ essen
tialius ipsa obedientia.
Ad ꝑmũ rñdere possumus ꝙ ꝑfectũ dr̃ cui ni/
hil deest: vt vult Ari. iij. phisi. ⁊ v. methaphisi.
Et cõmẽtator ibidẽ cõmẽto. xxj. Et tho. ꝑma
ꝑ. q. iiij. Cõsistit ergo ꝑfectio hoĩs in adoptiõe
charitatis. Juxta illud ad Colocẽses. iij. c. Su/

ꝑ oīa charitatē habete q̄ ē vinculū ꝑfectionis.
Amoꝛ.n.hꝫ virtutē trāſſoꝛmatiuā ⁊ vnitiuaꝫ
diligētꝭ i dilectū ꝑ itellectū ⁊ affectū. Et in hoc
ꝑficiť creatura q̄ꝰ vniať ꝑ affectū cum creatoꝛe
cui nihil boni deeſt. Eſt aūt triplex ꝑfectio ſm
tho. ſa ſe. q. clxxxiiij. arti. ij. Prima abſoluta q̄
nō ſolū attēdiť ſm totalitatē ex ꝑte diligētis:
ſꝫ etiā ex ꝑte diligibilis: vt. ſ. diligať deus q̄ꝫtū
ē diligibilis. ⁊ talis ꝑfectio nō ē poſſibilis ali-
cui creature ſꝫ ſoli deo ꝯuenit. Scđa ꝑfectio ē
abſoluta ſm totalitatē abſolutā ex ꝑte diligētꝭ
ꝓut. ſ. affectio ſm totū ſuū poſſe ſemꝑ actualr̄
ferať in deū: ⁊ talis ꝑfectio nō ē poſſibilis i via
cū hō ⁊ doꝛmiat ⁊ alijs i q̄bus occupeť mētis
actu nō ferť in deū. Et iſta ē ꝑfectio patrie. Et
de hac dr̄ de pe. di. ij. charitas: ꝑfecta charitas
in hac vita haberi nō pōt. Tertia aūt ē ꝑfectō
q̄ neqꝫ attendiť ſm totalitatē ex ꝑte diligibilis
neqꝫ ſm totalitatē ex ꝑte diligentis: vt. ſ. ſemꝑ
actu ferať in deū: Sꝫ quātū ad hoc q̄ꝛ excludāť
ea que motui dilectōis in deū repugnāt: ⁊ hoc
pōt haberi in p̄nti vita. Et h̄ duplr̄. Vno mō
inquātū ab effectu hoīs excludiť oē illud quod
charitati ꝯ̄riatur: ſicut ē peccatū moꝛtale: vt. ſ.
nihil cogitet vel velit deliberare qđ ſit diuine
dilectioni ꝯ̄rium: ⁊ ſine tali ꝑfectione charitas
eē nō pōt. Alio mō vt hō ſtudiū ſuuꝫ deputet
ad vacandū deo ⁊ rebus diuinis: p̄termiſſis
alijs: excludēdo oēm affectū extraneū niſi q̄ꝫtū
neceſſitas vite p̄ntis req̄rit. Et ad iſtā oꝛdinať
religio vt ad finē. Vn̄ ſtatus religiōis ē quedā
diſciplina ⁊ exercitiū ꝑueniēdi ad ꝑfectionem.

¶ Scđm qđ erat declarandū quō in tribꝰ vo-
tis integrať ⁊ ꝑficiť ſtatꝰ religiōis. Et ad hoc
r̄ndemuſ ſm tho. ſa ſe. q. clxxxvj. arti. vij. q̄ꝛ ſta-
tus religiōis pōt tripliciť ꝯſiderari. Vno mō
ſm qđ ē quoddā exercitiū tendēdi in ꝑfectiōeꝫ
charitatꝭ. Alio mō ſm qđ quietat humanū ani-
mū ab exterioꝛibus ſollicitudinibꝰ. Tertio mō
ſꝫ qđ ē quoddā holocauſtū ꝑ qđ aliq̄s ſe ⁊ ſua
offert deo. Et ſm hoc in tribus votis integrať
ſtatus religionis. Primo quidē quantum ad
exercitiū ꝑfectionis requiriť q̄ꝛ aliq̄s a ſe remo-
ueat illa ꝑ que poſſet īpediri ne totaliter affe-
ctus eius tendat in deū in quo ꝯſiſtit perfectio
charitatꝭ. Hmōi aūt ſunt tria. Primū ē cupi-
ditas exterioꝝ bonoꝝ: que tolliť ꝑ votū pauꝑ-
tatis. Scđm ē ꝯcupiſcētia ſenſibiliū delectati-
onū inter quas p̄cellūt delectatiōes veneree q̄
tolliť per votū ꝯtinentie. Tertiū ē inoꝛdinatio
voluntatis humane que excludiť ꝑ votum obe-
dientie. Similiter ſollicitudinis ſecularꝭ inge-
tudo p̄cipue ingeriť homini circa tria. Primo
circa diſpenſationē exterioꝝ reꝝ que amputa-
tur ꝑ votū pauꝑtatis. Scđo circa gubernatio-
nē vxoꝛis ⁊ filioꝝ que tolliť ꝑ caſtitatē. Tertio
ꝑ diſpoſitioneꝫ ꝓpꝛioꝝ actuū que tolliť ꝑ obe-
dientiā. Similiter holocauſtū dr̄ cū aliq̄s totū
qđ hꝫ deo offert. Habet aūt hō triplex bonuꝫ
Primū ē reꝝ exterioꝝ: quas totalr̄ offert deo
per paupertatē. Scđꝫ bonū ꝓpꝛij coꝛpoꝛis qđ
offert dō p̄cipue ꝑ votū caſtitatꝭ: q̄ abrenūciat
maximis delectatiōibꝰ carnis. Tertiū eſt bonū
aīe: qđ totalr̄ offert deo ꝑ votū obediētie: ꝑ qđ
hō offert deo ꝓp̄ā volūtatē ꝑ quā hō vtiť oībꝰ
potētijſ ⁊ habitibꝰ aīe. Oēs aūt alieī obſuātie
r̄ligionū oꝛdināť ad p̄dicta tria vota. nā laboꝛ
manuū ⁊ mendicitas ad paupertatē vigilie ie-
iuniū ⁊ diſciplina ad caſtitatem. Alia exercitia
vt lectio: oꝛatio: viſitatio infirmoꝝ ⁊ hmōi ad
obedientiā. Determinatio autē habitus perti-
net ad oīa tria p̄dicta tanq̄ꝫ ſignū obligatio-
nis. Interioꝛes aūt actus virtutis: vt humili-
tas patientia ⁊ hmōi: nō cadūt ſub voto reli-
gionis: q̄ꝛ omniū virtutū mater ē charitas ad
quā oꝛdinať ſtatus religionis vt ad finem. Ad
tertiū qđ erat declaranduꝫ: r̄ndet tho. ſa ſe. q.
clxxxvi. arti. viij. Q̄ꝛ inter tria vota p̄ncipalīꝰ
⁊ eſſentialius religioni ē obediētia. Et hoc tri-
plici ratione. Primo q̄ꝛ q̄d per eā maius deo
offerť q̄ꝫ ꝑ alia. ſ. ꝓpꝛia voluntas. Scđo q̄ꝛ vo-
tū obediētie ꝯtinet ſub ſe alia vota: ſꝫ nō econ-
uerſo. Tertio q̄ꝛ votū obediētie ꝓpꝛie ſe exten-
dit ad actus ꝓpꝛios ꝓpinquos fini religionis
quāto aūt aliquid ē ꝓpinquius fini tāto meli-
us. Notādū tn̄ h̄ loco q̄ꝛ multa ſunt in q̄buſ re-
ligioſi nō teneñť obedire p̄lato. Primo ſi p̄la-
tus p̄ciperet ꝯ̄ dei mandata: ut crimē occul-
tū reuelari ſibi: nō ſeruato oꝛdine fraterne coꝛ-
rectionis: vel p̄ter mandata: vt mendaciū offi-
ciosū. Nō enim dꝫ huiuſmodi p̄ceptis parere:
vt pꝫ. xj. q. iij. c. ſi dn̄s. Scđo ſi ꝯtra oꝛdinatōes
eccl'ie: vt nō ieiunet die ſtatuta ab eccl'ia ⁊ ſil'ia
ſicut ꝓbať. xj. q. iij. c. ſi quis epus. Tertio ſi con-
tra oꝛdinationes ſue regule vel ꝯſtitutionum.
Quarto ſi p̄cipit ea ad que nō ſe extēdit p̄latu-
re auctoꝛitas: vt ſi p̄ciperet peccata ꝯfeſſa ite-
rū cōfiteri ſine cā: ⁊ ſil'ia. Quīto ſi p̄ciperet qđ
habet ſpēm mali vt q̄ꝛ nudaret ſe corā hoībus
q̄ꝛ obedientia intelligiť in licitis ⁊ honeſtis: vt
ꝓbať. xi. q. iij. nō eſt. Sexto ſi p̄ciperet vt ſub-
ditus r̄ſpiceret aues volantes ꝑ aera: lꝫ aliqui
dicant q̄ꝛ etiā in his laudabilius ſit obedire: ſi-
cut diximus in ſermone de ſancto Mattheo

¶ Tertiū quo extollitur ꝓfeſſio aſſumpte reli/
gionis a btō antonio dicitur charitas. Tanto
nāqȝ feruore charitatis ſuccēſus fuit ꝙ nō ob
aliā cauſā: niſi vt martyriū paterer̄ pro xp̄o a
religione ſancti auguſtini trāſierit ad religio/
nē franciſci. Et lȝ vt īquit tho. ſa ſe. q. clxxxix.
Nō liceat tranſire de vna religione ad aliā: tū
quia ſcādaliçanr̄ illi qui relinquunr̄: tum qꝛ fa/
cilius ꝓficit aliquis in religione in qua viue/
re ꝯſueuit q̄ȝ in alia: tñ quando hoc fit vel ꝓpē
magnā vtilitatē: ſiue ꝑꝑ neceſſitatē laudabile
eſt. Hodie vero q̄ſi oēs ordines obtinuerūt ne
poſſit quis ꝓfeſſus ꝓ libito ordine ſuo dimiſ/
ſo ad aliū cōmeare. Olim etiā fiebat trāſitus
ab ordinibus mendicantiū ad ordines mona/
chales quoſcunqȝ ſine diſpēſatiōe pape. Et re/
putabar̄ licitus in foro iudiciali eccl'ie tāq̄ȝ trā
ſitus ad perfectiorē ſtatū. ſ. ꝯtēplatiōis: cū tñ ī
rei veritate nō hoc intēderēt tranſeūtes: ſȝ vt
maiori libertate ad malū vterenr̄: ſicut appare
bat in cōuerſatione coꝝ. Sed ꝑ conſtitutionē
martini quinti in ꝯcilio cōſtātienſi decretū eſt
vt de ordine mendicantiū nullus poſſit tranſi
re ad aliquē ordinē monachalē: niſi cartuſienſi
um: etiā cū licentia ſui ordinis niſi ſuꝑ hoc ha
beret diſpenſationē a papa. ꝛ ꝙ ī bulla diſpen/
ſationis fieret mētio de ꝯſtitutiōe martini: al's
eſſet iſte apoſtata: nec poſſet manere in illo
ordine ad quem tranſit. Sanctus ergo antoni
us audiens famā quorundā fratꝝ minoꝝ qui
in marrochio ꝓ xp̄o martyrium paſſi fuerant
ꝯcepit animo fratrū minoꝝ ſocietati ſe copula
re vt cū eis liberius ad martyrium ꝑgeret: etiā
prelati ſui licentia ꝛ ſi cū difficultate obtēta ve
niētibus ad ſuū monaſteriū fratribus minori/
bus, habitum ſancti franciſci deuotus recepit:
moxqȝ cū ipſis inde receſſit. Quidā vero ex ca/
nonicis ſuꝑ hoc grauiter dolēs: abeunti anto/
nio in amaritudine cordiſ dixit. Vade vade qꝛ
forſitan ſanctus eris. Cui humiliter ſic reſpon
dit. Cū me ſāctū audier̄is: deū vtiqȝ collaudabiſ

¶ De predicatione beati antonij q ſcientiam
habuit nō ſolū acquiſitam: ſed infuſā: quare cū
humilitate p̄dicās: meruit q̄ȝ plurimis ſignis ꝛ
miraculis coruſcare. Capitulū. ij.

Secūda excellētia ſancti antonij dr̄ pre/
dicationis. Nā feruētiſſime xp̄i euāge/
liū p̄dicauit. Fuit autem ſua predicatio tripli
ci ꝯditione decorata.

Prima ꝯditio fuit clara intelligentia.
Secunda humilis obediētia.
Tertia gratioſa aſſiſtentia.

¶ Prima ꝯditio que decorā fecit bt̄i antonij
p̄dicationē: fuit clara itelligētia. ſ. ſcripturarūȝ
ſcāꝝ: quā ꝛ legēdo ꝛ orādo atqȝ cōtēplādo cō
parauit: nā vt ſcribir̄ in ei⁹ legēda. Poſtq̄ȝ ad
monaſteriū ſcē crucis de colibria ꝑuenit, ꝓpella
bat eū iā ſpūs q̊daȝ futuroꝝ preſagio ad diui
naꝝ ſtudia lr̄aꝝ in q̄bus iugiī meditādo nō ſo
lū qual'r ī agro alieno vitia extirpādo: virtutes
inſereret: ſemetipſū ſollicite p̄mitus excolēdo
cognouit: veꝝ etiā qual'r fidei normam aſtrue
ret: ac ꝯfutaret errores: firmiſſimis patrū ſen/
tētijs ſe muniuit. Sicqȝ factū ē vt illo īſpirāte
q īteruallo tp̄is ī docēdo nō indiget: nō multo
p⁹ vir dei ſapīe plenus eēt. hec ī legēda. Et vt ī
cronicis ordinis notar̄. cū tp̄e generalis ꝯcilij
rome corā papa ꝛ cardialib⁹ vniuerſoqȝ popu
lo p̄dicaſſet ſuaqȝ natiua lingua ſatiſfeciſſet na
tionib⁹ varijs: q̄ referebāt diſticte illi⁹ verba ī/
tellexiſſe: cū oēs fuiſſēt ī admiratiōe ſuſpēſi: pa
pa ipſū archā teſtamenti vocauit. In ipſis ad/
huc cronicis ſcribir̄ ꝙ btūs antoni⁹ de bn̄placi
to p̄ris frāciſci fuit p̄mus ſtudēs in theologia
cū fratre adā de mariſco anglico ī ordine ꝑ ge
nerale capitulū ordinatus. Et acceſſerūt ad ab/
batē ſci andree de vercellis: q clariſſim⁹ theolo/
gus libros bt̄i dioniſij nouir̄ ex greco trāſtule/
rat in latinū atqȝ pulcherrime cōmentauerat.
Abbas vero eos benigne recepit: ꝛ cū inſpexiſ/
ſet animi puritatē: ꝛ itelligētie lipitudinem in
beato antonio in ſuo cōmēto ſuꝑ dionyſiū de
myſtica theologia. c. iij. de beato antonio ſic di
xerit. Frequenter amor penetrat vbi cognitio
phiſica foris ſtat. Legimus. n. quoſdā ſcōs epi
ſcopos minus ībutoſ fuiſſe phiſic̄is: q ꝛ myſticā
theologiā captu mētis hauriētes: celos pene/
trabant: oēm phiſicā cognitioneȝ ſubtiliſſime
tranſcēdētes: vſqȝ ad beatiſſimā trinitatē: qđ
ꝛ ego in ſcō fratre antonio de ordine fratꝝ mi
noꝝ peculiari familiaritate exꝑtus ſū: q cū eēt
minus ībutus lr̄is ſecularib⁹: animi puritate ꝛ
mentis ardore ſuccēſus myſticā theologiā ca
ptu mētis ꝛ feruēter deſiderauit: ꝛ abūdanter
hauſit: vt poſſiȝ dicere de eo qđ ſcribir̄ de ioan
ne baptiſta. Ipſe erat lucerna ardens ꝛ lucens
quia enim amore ardebat interius lucebat ex/
terius. hec ille. Ipſe inſuper antonius glorio/
ſus de licētia ſci frāciſci theologiā fratrib⁹ cū
rogantibus legit. Cui tale in ſcriptis ſanctus
franciſcus dedit reſpōſū. Chariſſimo meo fra/
tri antonio: Frater frāciſcus ſalutē ī xp̄o Pla

cet mihi q scam theologiā legas frib9 dūmō pp hmōi studiū scē orōnis et deuotiōis spiritū nō extinguāt: sicut ī regula ptinet. Valc. Pro pter theologie sacre cognitionē atqz speculati nē rex, diuinax itroducit: q̄si de se loquēs btūs anton9 in epla hodierna q scribit sapie. vij. c. Optaui et datus ē mihi sensus. Inuocaui et ve nit i me spūs sapie: et pposui illā rgnis et sedib9 et diuitias nihil eē dixi i cōpatōe illi9: nec cōpa ui illi lapidē pciosū: qm oē aux i cōpatōe illius arēa ē exigua et tāqz lutū estiabit argētū i ɔspe ctu illi9. Scda ɔditō q decorē fec pdicationē beati antonij dr humilis obedietia. Nā ad p dicandū nō se presumptuose vel arroganter i gessit: sed prelatox suox precepto monitus et astrictus. Et vt scribit in. c. nisi cum pridez. de renunciationibus. Tūc in te veraz humilitatē custodies: cū p eā locuz sublimē auffugies: et p obedientiam nō dimittes. Cū eni tentasset ad partes sarracenox nauigare cū licentia prela torum aduersa grauiqz valitudine impeditus ad partes fideliū tandē redire cōpulsus fuit. et dum nauigantes hispaniā tentassēt petere vē tis flantibus nō secundis ad sicilie insulā ap plicuerunt. Instabat aūt eo tpe generale capi tulū fratrum minox assisij ɔprime celebrandū Ad quod antonius debilis et ifirmus pu enit. Soluto vo ex more capitulo frater gratianus tunc romādiole minister sanctū antoniū secuz duxit. Misitqz illum ad quendā locū cōtēpla tioni dispositū fm q ipse suppliciter expostu lauerat: vbi totū se orōnibus et alijs spirituali bus exercitijs dedicauit: sicut diffusius ponit in legenda: sicqz aliquādiu dono sapiētie plen9 simplicem inter simplices vitā duxit. Cū vero fratres ɔ suscipiēdis ordinibus missi ad ciuita tē forliuij ɔfluxerūt inter quos affuit et beatus antonius. Eps loci perquisiuit religiosos ordi nū qui ibi ɔuenerant: an aliquis verbū dñi p dicare esset dispositus. Et cū oēs id recusarent ad antoniū se vertit: importuneqz satis eū vt id perficeret exorauit. Cum vo ipse sepius re cusasset: tandē deo sic disponēte epi voluntatē adimplenit. Cepitqz primo cū timore dñi sim pliciter fari: in ɔgressu autē sermonis dei elo quia: ita ɔfu ndeit: ita subtiliter: ita etiā efficacit eructauit: vt oēs in vehemētē stuporē couerte rit. Fratribus aūt ipsis minoribus res videbat hec noua: qm lz sanctus antonius tantam de super gratiā accepisset: vt memoria ɔ codici bus vteret: nullū tñ in eo scientie aliud perpen

debat iudiciū: nisi q pauca perraro lraliter lo quebatur. Cū vo virtus tanti patris generali ministro nota fuit: mox in publicum ɔdire cō pellēs antoniū: officium sibi predicationis in iunxit. Tertia ɔditio que decorauit antonij predicationem dr gloriosa assistentia. Astitit illi quippe predicanti verissime gratia dei: qd vtriqz multa de illo miracula verissime scripta testant. Ex quibus aliq enarremus. Primuz de piscibus ad predicationē suam nōnisi mira culose ɔfluentibus. Dū. n. ipse ariminū predi caret: vbi hereticox magna copia morabatur ɔtra cox errores disputās cupiebat eos ad lu men rducere veritatis. Ipsi vo nec eius vba audire dignabantur. Quare scūs anton9 deo inspirante accessit quadaz die ad os flumis iu xta mare: et stans in rippa que mari appropin quabat et flumini icepit pisces aduocare dicēs Audite verbū dñi pisces maris et fluminis: ex quo illud audire contēnunt heretici infideles Et ecce conuenit statim ibi tanta pisciuz mul titudo q nunq̄ tanta simul in illis partib9 fu it visa: et oēs tenebant capita aliquantuluz ex tra aquam. Quibus sanctus antonius solēnit predicare cepit dicens. Fratres mei pisces mlt tum tenemini ɔ vestro modulo referre grati as creatori qui in vestruz habitaculū dedit vo bis tam nobile elementū: ita vt aquas dulces et salsas ɔut expedit habeatis refugia. Insup multiplicia contulit: vt enitent icommoda tē pestatis. Exhibuit insup vobis elemētū dyafa nū et lipidū: vt vias p quas icedat et escas ple nius videat vt viuē possit. Idē creator escas vobis necessarias administrat: vos i creatione mundi ɔ benedictione a deo multiplicationis preceptū habuistis: vos ī diluuio ceter aialib9 extra archā pereūtibus absqz lesiōne reseruati fuistis. Vobis data fuit ex iperio Ionā pphe tam dñi reseruare et illū post triduū in terrā re ponere. Vos et censū dño iesu xpo: cū tāq̄ pau per nō haberet vñ staterem solueret obtulistis vos ante resurrectionē: et post fuistis cib9 eter ni regis dñi iesu xpi. Propi que oia laudate et benedicite deū: a quo tot beneficia singularia pre ceteris aialibus recepistis. Ad hec verba et similia exultabāt pisces aperiebāt ora et signis quibus poterant altissimū collaudabāt. Tunc antonius clamans dicebat. Benedictus deus eternus q magis honorāt pisces deū q̄ homi nes heretici. Ad qd miraculū ɔcurrit populus ciuitatis: quod videntes heretici cōpuncti cor

de ad pedes sancti antonij vt ꝑdicationē illis
faceret ꝯsederunt. Tunc sanctus antonius de
fide illis efficaciter adeo ꝑdicauit ꝙ oēs ꝯuer
tit hereticos: ⁊ fideles in fide roboratos cum
gaudio ⁊ benedictione remisit. Pisces etiaȝ li
centiati a sancto antonio quasi gaudētes ⁊ ca
pitibus sancto applaudētes: ad maris partes
varias abierunt. Aliud miraculū fuit de plu-
uia que nō tetigit auditores eius. Cuȝ.n. semel
in ciuitate lenisarcensi populo ꝑdicaret in quo
dā latissimo cāpo: turbatus est aer tonitrua so
nare ceperūt ⁊ pluuia spargi: timens ꝟo po-
pulus abire disponebat. At sanctus silentio i-
perato orauit ad dn̄m. Statim in loco illo ces-
sauit pluuia: cū tn̄ in circuitu vndiqꝫ pluuia ef
flueret abundanter. Finito itaqꝫ sermone om-
nes gratias dederunt omnipotenti deo. In ci
uitate adhuc paduana: quidam noīe petrus fi
liam suaȝ que paduana dicebatur ad sanctum
adduxit: erat illa annorum quattuor: pedum
gressu priuata: ac more serpentum reptans: ⁊
morbo caduco laborans: hanc dū ad preces pa
tris antonius in sancte trinitatis noīe ꝯsignas
set: mox omnis aduersa valitudo dimisit. Sa-
naqꝫ facta est ⁊ a morbo caduco ⁊ ab ambulā-
di impedimento. In eadem ciuitate paduana:
quidam noīe leonardus cōfessus est beato an-
tonio: ꝙ pede percusserat matrem suā: ita ꝙ ex
vehemēti impulsu in terram ceciderat: ꝙ vir
dei horrens ipsum dure redarguit. Et inter ce
tera ei dixit. Pes qui ꝑcutit patrē aut matrē
debet ꝓtinus amputari. Hoc autem vir sim-
plex non recte intelligens ⁊ ꝓpter culpaȝ ⁊ sā-
cti exasperationē tristis effectus domū concite
redijt: pedemqꝫ ꝓprium illico mutilauit: quod
vbi mater asperit ad sanctū antonium festina
prexit. Conquestaqꝫ de ipso ꝙ filiū suum ita i-
struxerat: ⁊ confidens tn̄ in sanctitate illius ꝑ-
cabatur vt ꝓ ipso dn̄m exoraret. Sanctus au-
tem ipsam cosolando se legitime excusauit: ⁊
mox ad ipsum perueniēs oratione ꝑmissa pe-
dem coniūgens tibie: facto pariter signo cru-
cis sacris manibus aliquādiu desuper liniens
statim pes ita insertus ⁊ ꝯsolidatus est tibie ꝙ
ibidē surrexit homo alacer ⁊ icolumis exultās
⁊ laudans omnipotentem deum.

¶ Qr deus glorificauit sanctum antoniū ꝑ re-
uelationem mortis eius ⁊ canonicationē atqꝫ
frequentem exauditionem illoꝝ qui inuocant
patrociniū eius. ¶ Capitulū.iij.

Ertia beati antonij excellētia dicit̄ glo-
rificationis. Preter quippe gloriam illā bea-
tam quam adeptus est in regno celoꝝ glorifi-
cauit deus sanctum suum in ecclesia militan-
te triplici gloria.
Prima reuelationis.
Secunda canonicationis.
Tertia exauditionis.

¶ Prima gloria dr̄ reuelationis. Voluit deus
felicē illius transitum mirabiliter reuelare. nā
vt scribit̄ in cronicis ordinis. Eodē die q̄ bea-
tus antoni⁹ padue ex hac vita migrauit. Ab-
bas ꝟcellensis erat in camera sua diuinis me
ditationibus intentus. Tunc ad eum solus in-
grediens antonius post nimiā salutationē be
niuolā vir sanctus adiens. Ecce domie abbas
ꝙ relicto asello meo padue vado ad patriā fe-
stinanter. Et confestim cum abbatē in guttu-
re vbi tunc grauiter patiebat̄ familiarius teti
gisset: ⁊ continuo ab egritudine liberasset: exi-
ens foras non est amplius visus. Ille ꝟo ab-
bas ꝯsiderans ꝙ forte ad natiuā patriam.s.hi
spaniaȝ pergeret: eius decessum totaliter igno
rans surrexit vt ipsum aliquantulū retineret:
⁊ exiens extra cellam cum non inueniret anxie
a monachis requirebat: vbi esset frater antoni
us. Quibus rn̄dentibus ipȝ non venisse ⁊ vbi
esset se penitus ignorare. Ille firmiter asseruit
se modo illū vidisse: a quo etiam ⁊ curatum se
atqꝫ sanatū asserebat. Et cū nullibi reperiretur
prefatus abbas ad cor rediens certissime intel
lexit beatum patrē per mortis excessum ad pa
trie celestis ꝯuiuiū perrexisse. Et notās tēpus
diligenter postmodū liquido reperit eadē ho-
ra qua sibi apparuit ipsum ex hac vita migras
se. ¶ Secunda gloria qua deus hunc sanctum
sublimauit dr̄ canonicationis. Gregorius.n.
nonus obseruatis omnibus in sanctoꝝ cano-
nicatione debitis: ipsum sanctū cathalago san
ctorum ascripsit: a die sui obitus mense.xj. Eo
dē die vniuersus vlixbonensis populus vnde
iste sanctus fuerat oriundus solēnitate maxia
letabat̄: ⁊ causā exultationis huiusmōi oēs pe
nitus ignorabāt. Nā de ipsius canonicatione
nihil sciebant: ⁊ vt aiunt campane ciuitatis ꝑ
se sonabant. Cōpertūqꝫ est postea ꝙ eodē die
fuerat beatissimus antonius solēniter canoni-
catus. Anno vero dn̄ice incarnationis. M.cc.
lxiij. Constructa pregrandi ecclesia in eius ho-
nore. Corpus ibi trāslatū est: ⁊ cū diu sub terra
iacuisset inuenta est lingua eius adeo recēs ru
bicūda ⁊ pulchra: q̄si eadē hora pr̄ sanctissim⁹

discessisset: cũ tñ elapsi fuissent a die mortis an
ni. xxiiij. ⁊ amplius. Ipsam aũt linguã Domi
nus bonauentura tunc ordinis generalis mi-
nister q postmodũ fuit cardinalis eps albanẽ-
sis: cũ pñs eẽt illius trãslatiõis gaudijs in ma
nibus reuerẽter accipiẽs cũ lachrymis cepit
deuotissime huiuscemõi vbis affari. O ligua
benedicta q̃ semp dñm bñdixisti ⁊ alios bñdi-
cere fecisti: nũc manifeste apparet quãti extiti
meriti aput deũ. Et infigens ei dulcia oscula:
iussit eã seorsuz honorifice collocari. ¶ Tertia
gloria bti antonij dr̃ exauditionis. Ipse qppe
auxiliũ eius poscẽtibus cũcꝫ inocãtibus libe-
raliter ↄdescẽdit: p̃cesqꝫ ac vota suoꝝ deuoto-
rũ exaudit. Qualr̃ vo sci ⁊ beati oratiões no-
stras agnoscãt: oñdit richar. i. iiij. di. xlv. dicẽs
Qr ipsi cognoscũt oẽs supplicationes nr̃as q̃s
miserūt: Sanauit ⁊ multos alios peste pcussos
sua oratione fideli. Sicut fuerūt magister ray
mundus ⁊ magister bartholomeus catherine
confessores. Et ne singula cōplectamur: ita de
ipsa loquitur Pius. Magnū ⁊ sanctū erat in
plebibus catherine nomen: vndiqꝫ ad eā egro
ti ⁊ maligni vexati spiritibus deducebant̄. Et
multi curabant̄ lāguoribus ⁊ febribus. In xpi
noīe imperabat ⁊ demones cogebat ab obses-
sis abire corporib⁹. Propter quas res duob⁹
romanis pontificibus Gregorio vndecimo ⁊
Vrbano sexto acceptissima fuit adeo vt lega-
tionibus eoꝝ fungeretur: multisqꝫ ⁊ magnis
spiritualibus gratijs ab eis donaret̄. Hec ibi.
Vbi adhuc interserit quedā que nō nisi virtu
te dei cooperante per catherinā fieri potuissēt
Ait.n. Dissidentes sūmo studio cōponebat:
multa extinxit odia: ⁊ mortales inimicitias: p
pace florentinoꝝ qui cum ecclesia dissidebāt ⁊
iterdicto suppositi erāt ecclesiastico. Appenni
nū ⁊ alpes transire atqꝫ vsqꝫ in auiniōem ad
Gregorium vndecimū pficisci nō dubitauit
cū votū suū ipse grego. de petēda vrbe roma i
occulto factum: ⁊ soli sibi ac deo notum sese di
uinitus cognouisse mōstrauit. ¶ Sexta gratia
qua deus catherinam sublimauit: dicit̄ felix re
uelatio. Cū.n. in vrbe romana ipsa post multa
signoꝝ experimenta exhortatiōes spūales alia
qꝫ exercitia religiosa morietū dñica die circa
horā tertiā die. xxviiij. aplis. M.ccc.lxxx. mi-
grasset ad patrē. Eadem die magister raymū-
dus vltimus eius cōfessor i ꝯuentu Ianuensi
erat dispositione pi̇las deīde bononiā ad capi
tulū generale pgere: deprecabat̄qꝫ xpi matrem
coram quadā imagine vt eū ptegeret a piculis
Mox quandā vocez audiuit dicentē sibi. Ne
timeas: qꝛ ego sum hic pro te: ego sum in celo
p te Ego te ptegā sis securus. Et hesitans p
tunc vnde vox pdiret: tandē inuenit qualiter
eadem hora catherina migrauerat: puenit tan
dem prefatus magister bononiam vbi magi-
ster generalis canonice fuit electus: quod iā si-
bi catherina indubitanter pdixerat: vt autem
sequitur Pius i bulla. Tactu corporis eius p⁹
illius felicē transitū pleriqꝫ egroti salutem cō-
secuti sunt adeo vt nōnullis saluti fuerit: ea te-
tigisse que sacrata catherine membra tetigere
Postea vero virgo ipsa iam celo recepta vo-
ta supplicantium benigne audiuit: ⁊ vt a spon
so ⁊ domino suo xpo saluatore exaudirent̄ cu-
rauit. Multi enim ex diuersis egritudinibus
curati sunt: qui audita beate chaterine glorio-
sissima fama eius patrocinium supplices peti-
uere. hec ille. Placuit itaqꝫ benignissimo deo
sponse sue gloriam inumeris vt sic dicā vsqꝫ
in presentem diē miraculis manifestare. ¶ Se
ptima catherine gratia ⁊ prerogatiua singula-
ris est dicta solēnis canoniçatio. Rome siqui-
dem in basilica beati petri apostolorum princi
pis astāte populo ⁊ clero habitoqꝫ sermōe ab
ipso pio pōtifice de vita ⁊ miraculis eius mis-
sarū solēnijs celebratis ⁊ consuetis cerimōijs
rite peractis ad canoniçationem sancte pces-
sit: sub his verbis. Ad honorem omnipotētis
⁊ eterni dei patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: ad
exaltationem fidei catholice ⁊ christiane reli-
gionis augmentuz: auctoritate domini nostri
iesu xpi ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apostolorum
eius ac nostra: Catherinam Senensez illustris
⁊ indelibilis memorie virginem: cuius corpus
in ecclesia predicatorum que de minerua dicit̄
hic rome iacet in celesti hierusalem inter bea-
torum virginum choros: quando id sua virt⁹
diuina suffragante gratia meruit: iam pridem
fuisse receptam: ⁊ eterne glorie corona donatā
de fratrum nostrorum cōsilio declaramus eā-
qꝫ tanqꝫ sanctam publice priuatimqꝫ colēdaz
esse decernimus ⁊ diffinimus: atqꝫ in sanctaꝝ
cathalago virginuz: quas romana veneratur
ecclesia redigi ⁊ asscribi mandamus. Statuen-
tes festum eius singulis annis: prima mensis
madij dominica die ab vniuersali ecclesia cele-
brandum esse. Sicqꝫ deus in sanctis suis admi
rabilis catherinam in vtraqꝫ ecclesia triūphā-
te. s. ac militante sublimiter exaltauit. Quē de-
precemur: vt illius meritis interuenientibus:
dignetur ⁊ nos ascribere beate vite. Qui sit be
nedictus in secula seculoꝝ Amen.

Finis.

Tabula presentis operis: De laudibus sanctorum. In qua ponuntur per ordinem Sermones et eorum capitula.

gloria in dies augetur.
¶ Sermo.liiij. De btō luca euangelista: qui vt bos vel vitulus figurat: eo quod a sacerdotio incipit çacharie: et christi genealogiam per sacerdotes describit.
Ca.j. de gente et patria ac exercitio bti luce: atque qualiter ad medicos est recurrendum: qui infirmos ad pfessionē inducere tenent: et de salario medicoꝝ
Ca.ij. de virtutibus sancti luce in quo nullum peccatum mortale fuit post conuersionem ad christum: quia in eo erat spūs sanctus.
Ca.iij. quantum profuit ecclesie dei beatus lucas scribendo euangelium: ad quod induxerūt eū voluntas diuina: vtilitas ecclesie: et falsitas hereticoꝝ
¶ Sermo.liiij. De beato laurentio martyre: qui probatus a deo triplici igne: inuentus est sine iniquitate.
Ca.j. Qualiter beatus laurentius examinatus fuit igne diuini amoris: et de pfectione diuine dilectionis et magnitudine illius precepti: atque de inductiuis ad amorem dei.
Ca.ij. Qualiter beatus laurentius pbatus fuit igne proximalis miserationis. Et an possit elemosyna dari absque charitate. Et si fieri potest de illicite acquisitis. Et quō corporalis elemosyna potest causare spūalem effectū.
Ca.iij. qualiter beatus laurenti⁹ examinatus ē igne tyrannice persecutionis. Et de eius gratia constantia atque gloria.
¶ Sermo.lv. De sancto Augustino preclarissimo lumine ecclesie sancte dei.
Ca.j. de conuersione beati augustini. Et de his que induxerunt eū ad heresim. Et de erroribus manicheoꝝ.
Ca.ij. de humili penitentia. Et singulari doctrina atque integritate vite beati augustini.
Ca.iij. de miraculis et trāslatione corporis bti augustini.
¶ Sermo.lvj. De beato Hieronymo: qui gloriam ingentē adeptus est propter sciam: patiētiam et penitentiam.
Ca.j. Qualiter scia hieronymi fuit a magistris et a doctoribus causata. Et quod simul cū illa habuit sciam infusam. Et qualiter alios doctores supauit: in notitia diuersoꝝ ideomatū et multitudinis historiarū. Et i vtili ac pnecessaria scripture sancte translatione.
Ca.ij. de patientia hieronymi.
Ca.iij. de austera penitentia hieronymi.
¶ Sermo.lvij. De sācto Benedicto patre gloriosissimo monachoꝝ
Ca.j. Quot modis accipit religio. Et de magnificentijs religionis. Et quantū exaltata est religio sancti benedicti.
Ca.ij. qualiter sctūs bñdictus fuit in sanctitate pfectus: quod ondunt eius miracula: et spūs prophetie: atque cōmotio mundi.
Ca.iij. de felici transitu patris bñdicti q die sui obitus predixit. Et de mira ipsius deuotione. Et qualiter eius gloria fuit duobus monachis reuelata.
¶ Sermo.lviij. De sancto Dominico: institutore sacri ordinis predicatoꝝ.
Ca.j. Qualiter sanctus dñicus fuit multipliciter reuelatus.
Ca.ij. de septem precipuis virtutibus sancti dominici.
Ca.iij. de septem priuilegijs: in quib⁹ deus sublimē fecit beatum dñicum.
¶ Sermo.lix. De sancto Vincentio doctore eximio: ac celeberrimo: famosissimoque predicatore: ordinis predicatoꝝ.
Ca.j. quod beatus vincentius: fuit idoneus ad predicandum: tum quia gratia dei fuit in illo: tum propter scientiam: tum etiam propter sanctitatem vite.
Ca.ij. de singulari excellentia predicationis beati vincentij.
Ca.iij. quam fructuosa fuit predicatio beati vincētij: in conuersione peccatorum: et baptiçatione infidelium.
¶ Sermo.lx. De corona sancti petri martyris ordinis predicatoꝝ.
Ca.j. quod corona beati petri martyris longe preciosior fuit quam quorūcunque imperatorū et regum Et de ipsa aureola.
Ca.ij. quod beatus petrus triplici aureola coronatur eo quod fuit virgo: predicator: et martyr.
Ca.iij. de miraculis quib⁹ claruit beatus petr⁹ martyr: in vita: in morte: et post mortem.
¶ Sermo.lxj. De sancto Ambrosio doctore sācte ecclesie: Epo mediolanensi.
Ca.j. quod sanctitas beati ambrosij assimilat sanctitati quinque personarum dignissimarum veteris testamenti.
Ca.ij. De quinque precipuis virtutibus sancti ambrosij.
Ca.iij. quod quinque modis manifestata est lucidissime sanctitas beati ambrosij.
¶ Sermo.lxij. De sancto Antonio abbate: qui diaboli tentamenta: cum dei adiutorio viriliter superauit.

Finit feliciter Tabula Sermonum in hoc volumine contentoꝝ.

¶ Sermo de sancto Bernardino.

¶ Sermo de ſancto bernardino predicatorꝫ noſtri temporis principe.

Dilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictione eſt. Sapientis verba ſunt iſta originaliter Eccleſiaſtici.xlv.ca. Et in epiſtola hodierne feſtiuitatis. Vellem hoc tempore tanto eloquentie ſplendore fulgere vt non ſolum alterum demoſthenem principem oratorum grecie: aut Ciceronem latinum me putarēt omnes aſtantes: ſed angelum crederent de celo miſſum vt fari poſſem eximias laudes illius ſancti bernardini qui ſua predicatione nomē glorioſum ieſu xp̄i mirabiliter exaltauit. Ipſe quippe alter paulus ⁊ vas electionis chriſtianam religionem ſua doctrina reformauit. Ipſe italie populos per abrupta vitiorum deuiantes ad ſemitam virtutum ⁊ iuſticie reduxit. Ipſe deniqꝫ religionem ſacram minorum numero ⁊ ſanctitate adauxit. Merito itaqꝫ in eius ſolennitate preconia predicationis eius enarrare debem⁹ Ob illam nanqꝫ deo ⁊ hominibus dilectuſ eſt ⁊ memoria eius benedicta in ſempiternū manebit. De qua in preſenti ſermone tres excellentias proponimus declarandas.

Prima dr̄ cōmendationis.

Scd̄a conditionis.

Tertia honorationis.

¶ Qr̄ cōmendatur predicatio ſancti bernardini: propter humilitatem: charitatē: ⁊ patientiam.

¶ Capitulum.j.

Prima excellentia predicationis ſancti bernardini dr̄ cōmendationis. Sua qppe predicatio ſatis eſt cōmendanda. Et maxime propter tria.

Primo propter humilitatem.

Scd̄o propter charitatem.

Tertio propter patientiam.

¶ Primo cōmendatur predicatio ſancti bernardini propter humilitatem. Non enim predicauit preſumptuoſe aut ſuperbe ſe ingerēs ſed miſſus. Officium nanqꝫ predicatorum officium eſt angelorum: quia ſicut angeli annūciāt diuina: ita ⁊ predicatores de quibus Dauid in ps̄.ait. Annunciauerunt opera dei. Angeli autē non ex ſe veniunt: ſed vt dicit Apoſtolus ad Hebreos.ij.ca. In miniſteriū miſſi ſunt. Sic ⁊ predicatores. Quomodo predicabūt ait Apoſtolus ad Romanos.x. Niſi mittantur. Qr̄ autem Iſaias non vocatus ſe obtulit ad predicanduꝫ cum dixit. Ecce ego: mitte me. Iſaie.vj.ca. Et contra cum Ieremias mitteretur a deo ſe excuſauit dicēs. A a a dn̄e deus: Ecce neſcio loqui. Ieremie.j.ca. Et ſi diuerſa vox extra prodijt: non tamen a diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt precepta charitatis vt ait Gregorius. Amor ſcilicet dei ⁊ proximi. Per actiuam vitam ꝓdeſſe proximis cupiens Iſaiam officium predicationis appetijt. Per contemplationem xp̄o Ieremias ſedule amori conditoris inherere deſiderās ne mitti ad predicandū debeat cōtradicit. Qd̄ laudabiliter vnus appetijt: h̄ laudabiliter alter expauit. Iſte ne tacite contēplationis lucrum loquendo perderet. Ille ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed hoc in vtriſqꝫ eſt ſubtiliter intuendum quia ⁊ is qui recuſauit plene non reſiſtit: ⁊ is qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatū vidit. Et paulo ſupra Gregorius dicit. Sicut toto deſiderio occupationem fugere debem⁹: ita ſi deſit qui predicet occupationis onus libenti neceſſe eſt animo ſubire. Hec omia.viij q.j.ca. In ſcripturis. Et quia difficile eſt ⁊ earum videre ſe purgatū. Quia nemo ſcit vtrū odio vel amore dignus ſit vt dicitur Eccleſiaſtes.ix.ca. Ideo nullus debet preſumere ex ſe ire ad predicandum. Sed expectare debet vt mittatur vel a deo vel ab eccleſia. vnde de Ioanne baptiſta dicitur Ioannis.j.ca. Fuit homo miſſus a deo. Non tamen creditur alicui dicenti ſe miſſum a deo qui ab eccleſia non eſt miſſus niſi probet per miraculum ſicut Moyſes: extra de hereticis.ca. Cum ex iniuncto. Et argumentū de con.di.ij.ca. Renera. Sic fuit miſſus Equicius cui apparuit in ſomnis angelus ⁊ eum ad predicandum miſit.xvj.q.j.§. Hoc idem. Ab eccleſia autem mittitur quis vel ordinarie vt quilibet curatus ſaltem quo ad ſubditos. Ad rectores enim eccleſie maxie pertinet predicare per ſe vel per alium ſubditis ſuis. vnde primis rectoribus dixit chriſtuſ Marci vltimo ca. Euntes in munduꝫ vniuerſum predicate euangelium omni creature. Et Gregorius dicit in paſtorali.xliij.di.ca. Si rector. Officium predicationis ſuſcipit quiſqs ad ſacerdotium accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter ſequitur ipſe ſcilicet clamando gradiatur id eſt predicando. Et loquitur Gregorius de curatis. Qui etiā figuram

inducit. Exodi. xxviij. ca. vbi dicitur. ꝙ sacer/
dos ingrediens tabernaculum tintinnabulis
ambiatur vt audiatur sonitus quando ingre
ditur ⁊ non moriatur. Quia vt exponit Gre/
gorius dicto ca. Sic rector. Iram contra se oc
culti iudicis exigit si sine predicationis sonitu
incedit. Et sic moritur spiritualiter. Vnde do/
minus Ezechieli prophete. xviij. ca. Fili ho/
minis speculatorem dedi te domui israel. Si
dicente me ad impium morte morieris tu nō
annunciaueris ipse in iniquitate sua morie/
tur. Sanguinem xpo eius de manu tua requi/
ram. Confirmat idem Nicholaus papa. xliij.
di. Dispensatio inquit celestis seminis nobis
iniūcta est: vhe si nō sparserimus: vhe si tacue
rimus. Vel ab ecclesia mittitur quis ad predi/
candum ex priuilegio vt predicatores ⁊ mino
res: Augustinenses carmelite: ⁊ seruite saltez
in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs non nisi vo/
cati: Et hi etiam debent mitti a prelatis suis.
De quibus fit mentio in clementina dudum
de sepulturis. Qui autem vocatus seu missus
ad hoc pertinaciter recusat: ab ecclesia ⁊ deo
contemnitur. Quod figuratum fuit in eo qui
nolebat ducere vxorem fratris mortui: ⁊ pro/
pterea discalciabatur vno pede vt exponit Au/
gustinus. viij. q. j. ca. Olim. Nunc inquit euā
gelij quisqꝫ predicator ita debet in ecclesia pre
dicare siue laborare vt defuncto fratri id est
christo suscitet sanctum qui pro nobis mortu
us est. Et quod suscitatum fuerit eius nomen
accipiat. Vt igitur ad sanctum bernardinum
conuertamus sermonem. Ipse sicut experien
tia facti manifestauit a deo electus ⁊ a prela/
tis ordinis per obedientiam astrictus officiuz
predicandi suscepit. Natus enim in ciuitate
massa prouincie thuscie ex honestissimis parē
tibus patre videlicet tollo ⁊ matre niera nobi
libus senensibus ante completum septenniuz
vtroqꝫ parente orbatus remansit sub cura ⁊
regimine cuiusdam venerabilis domine soro
ris matris eius cui nomē erat diana: que pue
rulum induxit ad virginis gloriose precipuaz
deuotionem. Et operam dedit vt litteris va/
caret ac moribus bonis. Creuit autem de vir
tute in virtutem honestus affabilis ⁊ paupe/
ribus liberalissimus. tantaqꝫ fuit in eo aptitu
do ingenij ⁊ subtilitas intellectus ꝙ ante cō/
pletū annū quintūdecimū in grāmatica logi/
ca ⁊ morali phia satis mediocriter fuit instru
ctus. Indeqꝫ cepit lectionē iuris canonici fre
quentare. Eratqꝫ vita eius ita munda vt oi/
bus alijs cederet in exemplum. Nam vt retu
lit mihi quidam vir fidedignus cancellarius
dominij senensis nomine leonardus qui con/
socius eius fuerat in scholis in etate illa ado/
lescentie ad maluz prona. Nullus audebat co
ram bernardino verbum turpe aut lasciuum
proferre. Quinimo si quandoqꝫ alij adolescē/
tuli ⁊ scholares absente bernardino aliqua in/
ter se verba ociosa referrēt si vidissent ex post
bernardinum aduenientē mox alter alteri lo/
quebatur. Taceamus inquit quia bernardinꝰ
venit. Quid plura. Anno etatis sue decimo/
octauo. Dum pestis truculentissima seuiret
quasi in tota italia. In hospitali magno senē/
si iacebat multitudo egrotantium ex peste ⁊
vix erat qui illis ministraret. Nam ⁊ famuli
omnes ꝓ maiori parte ⁊ aromatarij ⁊ illo ho
spitali cōmorantes ⁊ capellani atqꝫ alij pluri/
mi peste percussi obierant. Erat illis tempori/
bus rector hospitalis quidam vir deuotus ⁊
probus dn̄s ioannes de gēnaronibus qui vi/
dens sibi humanum deesse auxilium ad virgi
nem pijssimam se conuertit: illam deprecans
vt tam extreme infirmorum necessitati succur
reret. O felix adolescentia bernardini. O ardē
tissima charitas cordis eius. O pietas omni
bus posteris predicāda. Mox vt bernardinꝰ
audiuit que de infirmis patientibus diceban
tur monuit q̄ꝫplures iuuenes ⁊ vna cum illis
ad hospitale se cōtulit. Nec timuit mori. Nec
horruit pestem. Neqꝫ labores refugit. Man/
sit ibi quattuor mensibus die noctuqꝫ mini/
strās egrotis ꝓpter deū. Exinde cū pestis ces
sasset repetijt domū ⁊ quattuor mensibꝰ egro
tās quasi sp̄ in lectulo iacuit. Adepta xpo bo
na valitudine sensit ꝙ q̄dā dn̄a bartholomea
soror patris eius ceca ⁊ surda ⁊ in lectulo vali
tudinaria neminē habebat qui illam iuuaret.
Mox ad illā se contulit eiqꝫ ꝑ plures menses
vsqꝫ ad mortem obsequiosissime ministrauit
nulla fractus nausea nulloqꝫ labore turbatus
Mortua illa a deo inspiratus relicto seculo ⁊
oibus suis bonis paupibus erogatis hitum
religionis minoꝝ deuotus accepit in die nati
uitatis virginis gloriose q̄ ēt die natus fuerat
ex vtero matris. Anno etatis sue. xx. an̄ altare
maius scti francisci de senis. Quē habitū sibi
dedit frater ioannes ristorij vir sctūs ⁊ in dei
seruitio probatus. Inde ad locum de colum/
baria de voluntate prelatoꝝ se contulit vbi in

omni deuotione et perfectione ac obseruantia regule suũ nouiciatum expleuit. Facta vo pfessione in die scilicet natiuitatis virginis orationi et studio litterarum se dedit. Et cum factus esset sacerdos primã missam in die natiuitatis virginis celebrauit. Qua etiã die mãdato accepto a generali ministro de penitentia predicanda: primũ sermonem ad populum habuit. ❡ Secundo cõmendatur predicatio sancti bernardini propter charitatem. Predicauit enim ad honorem dei et salutem animarum. Iste enim debet esse finis predicatorum verbi dei. Nam qui propter cupiditatem predicant vel vanitatem et gloriam mundi figurantur per balaam. De quibus dicit Petrus in .ij. epistola. Secuti sunt viam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem vo habuit sue vesanie: subiugale mutum. Super quibus verbis dicit Bedda .ij. q. vij. ca. secuti. Qui multi catholicorum intantum amant mercedem iniquitatis vt etiam docti ab indoctis: clerici a laicis merito redarguantur. Qui iure comparantur prophete qui verbis asine contra naturam loquentis corripitur: nec tamen a proposito primi operis retardatur. hec ille. Quanuis tamen predicatores nõ debeãt predicare principaliter propter temporalia habenda. Alias tanq̃ venditores boum de templo eijciuntur. Debet tamen populus subministrare eis necessaria iuxta illud .j. ad Corin. ix. ca. Non alligabis os bouis triturantis. vñ Hieronymus .xvj. q. j. ca. penultimo ait. Apostolicis viris et euangelicãtibus in necessarijs vsibus nolle tribuere seipsum condemnare est. Et Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Non est venale euangelium vt pro temporalibus predicetur. Qui enim sic vendunt magnã rem vili vendunt. Accipiant ergo predicatores sustentationem necessitatis a populo: mercedem dispensatõnis a deo. Non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt: sed tanq̃ stipendiũ datur quo vt possint laborare pascantur. Hec ille. Et Paulus .j. ad Corinthios .ix. ca. Quis militat suis stipendijs vnq̃. Et iterum Si nos vobis spũalia seminamus non magnũ est si nos carnalia vr̃a metamus. Et iterum Dñs ordinauit his qui euangeliũ annũciant de euangelio viuere. Dixi hec oia pp indiscre tionẽ quorundã populorum qui vellent predicatores viuere de aere vel vento. Nolo tñ excusare predicatores cupidos et auaros ambitiosos honorum et dignitatum. Qui imitari debent sanctũ bernardinũ rerum temporalium contemptorem. Nam et ter vocatus ad episcopalem dignitatẽ minime acquieuit. Diuitias non congregauit dicens cum paulo Actuum xx. ca. Argentum aut aurum aut vestem nullius vestrum concupiui. Et licet in oi vita sua verus fuerit paupertatis amator discipulusq̃ et filius beati francisci. Tamen illud est de ipso notabile inter cetera quod mediolani ostẽdit exemplum charitatis necnon et contemptus pecunie. Dum enim ibi populo diebus pluribus predicasset: illustrissimus dux eiusdem vrbis philippus eidem per fidelem nuncium multã auri copiam in elemosynam misit. Nuncius itaq̃ auri pondere reuerenter assumpto ad cõuentum fratrum festinanter accessit. Et pergens ad cellam sancti bernardini aurum sibi ex parte domini ducis benigne et reuerentissime presentauit. Ipse vo vir dei hilari vultu gratulantiq̃ animo predictum aureum munus et si in proprios vsus accipere recusaret: charitatis tamen zelo in redemptionem captiuorum et pauperum vsus misericorditer exhibere decreuit. Accersito igitur quodam probo venerandoq̃ ciue socioq̃ vocato sumptaq̃ ab ipso ciue pecunia ad carceres clam et incunctanter accessit et q̃plurimos inde captiuos redemit reliquãq̃ ptem pauperibus cũ magna animi hilaritate distribuit. Sciens autem illustrissimus ille dux que facta fuerãt sanctũ bernardinum mirabiliter cõmendauit. ❡ Tertio cõmendatur predicatio scti bernardini propter patientiam. fuit enim patientissimus in laboribus in infirmitatibus et in persecutionibus Et vt de persecutionibus loquar: accusatus fuit tanq̃ hereticus ab emulis quibusdam martino quinto: Qui eum ad se venire precepit. Ante vo q̃ se contulisset ad vrbem sonabant vndiq̃ falsi rumores de sancto bernardino. Dicebant enim populi: veniet veniet ille hereticus. Alij cõburetur ille hereticus et similia. Dum vo vrbem intrauit ostendebatur digito et vnus alteri cachinando dicebat: hic hic ẽ ille. Ipse vo hec oia pro dei amore equanimiter tolerabat. Et tandem veritate inspecta et comperto clarissime q non solũ catholicus foret sed etiã fidei catholice dignissimus preco a pontifice gratiose visus est et auditus et cũ eius benedictione predicare cepit in vrbe. Tantam

Vo gratiaꝫ deus ori eius ⁊ verbis infudit: vt
omnis populus conflueret ad eum audiendū
ac si fuisset angelus dei ⁊ quāto prius nomen
eius videbatur omnibus odiosum: tanto post
ea cūctis vtriusqꝫ sexus factum est venerabile.
Predicauit sic multo tempore cum incredibi
li animarum fructu: qui etiam perdurat vsqꝫ
ad tempora nostra. Passus est ⁊ alias persecu
tiones: eo ꝙ semper virtutes persequitur in/
uidia. A nonnullis emulis dicebatur littera/
rum ignarus cuꝫ tamen in scripturis diuinis
foret eruditissimus. Alij vo quadraginta ser
mones duntaxat eum scire asseuerabāt. Ple
riqꝫ vo curiosi ⁊ vana eloquētia tumidi igna
uum ineptum ⁊ impolitum fatebantur. Qui
tamen in hoc dicendi genere ⁊ in his que pre/
dicari debent pro salute populorum irreprehē
sibilis erat. Sed hoc non videri debet mirum
ꝙ sibi homines flagitiosi detraherent: cū sem
per fuerit hominum malorum consuetudo sa
nam doctrinā spernere ⁊ detestari. Unde La
ctantius libro. v. diuinarum institutionuꝫ de
cypriano sic refert. Unus precipuus ⁊ clarus
extitit cyprianus: qui magnam sibi gloriam ex
artis oratorie ꝓfessione quesierat ⁊ admoduꝫ
multa conscripsit in suo genere mirāda. Erat
enim ingenio facili copioso suaui ⁊ que sermo
nis maxima est virt⁹ aperto: vt discernere ne
queas vtrum ne ornatior in loquendo an faci
lior in explicando an potentior in persuaden/
do quisqꝫ fuerit. Hic tamen placere vltra ver
ba sacramentum ignorantibus non pōt: quo/
niam mystica sunt que locutus est ⁊ ad id pre/
parata vt a solis fidelibus audiantur. Deniqꝫ
a doctis huius seculi quibus forte scripta eius
innotuerunt derideri solet. Audiui ego quen/
dam hominem disertum sane qui euꝫ immu/
tata vna littera coprianum vocaret quasi qui
elegans ingenium ⁊ melioribus rebus aptum
ad aniles fabulas contulisset. Hec ille. De be
ato hieronymo quid referem⁹ qui lumen splē
didissimum ecclesie fuit: ⁊ tamen dentes mali
gnorum non euasit. Et vt ipse ad nepotianuꝫ
scribit. Per infamiam ⁊ bonam famam chri/
sti miles graditur. Nec laude extollitur: nec
vituperatione frangitur. Per diem sol non
vrit eum neqꝫ luna per noctem. Impleuit ista
sanctus bernardinus: qui dum falso sibi mul/
ta obijcerentur: ⁊ quandoqꝫ contumeliose di/
cerentur in faciem: nunqꝫ vultus hilaritatem
mutauit: nunqꝫ verbum protulit iracundie.

Sed in omnibus benedicebat deuꝫ. Sicut ac/
cepti ab his qui secum familiariter conuersa/
ti sunt.

¶ De sufficientia ⁊ prudentia atqꝫ stupenda
efficacia predicationis sancti bernardini.

Capitulum. ij.

Secunda excellentia predicationis sancti
bernardini dicitur conditionis. Habuit
quidem sua predicatio tres singulares condi/
tiones.

Prima dr̄ sufficientia.
Scd̄a prudentia.
Tertia efficacia.

¶ Prima conditio fuit sufficientia. Tria eni
requiruntur in predicante: vt populum indu/
cat ad bene beateqꝫ viuendum: ſm Augusti.
iiij. libro de doctrina christiana. Primū est vt
doceat. Scd̄m vt delectet. Tertium vt flectat
⁊ moueat. Et cum quis ista facit industria ar/
tis rhetorice ad honorem dei ⁊ saluteꝫ anima
rum bene est ⁊ laudabile ſm eundem Augu/
stinum. Sed cum spiritus sanctus vtitur lin/
gua predicatoris vt instrumento ad ista effici
endū: sicut fuit in apostolis qui imperiti erāt.
Tunc opus illud est gratia gratisdata: que di/
citur gratia sermonis ⁊ lingua angelorum. Et
sermo sapientie dicitur in locutione de diui/
nis. Sermo scientie de humanis: vt de mori/
bus ⁊ vitijs ⁊ virtutib⁹ ⁊ hmōi. ſm Tho. xxij.
q. clxxiij. Perfectius autem ista operatur gra
tia qꝫ natura vel ars. Sed aliquando aptitu/
dine naturali in predicatore existente ⁊ arte
rhetorice adiuncta: aliquando etiam spiritus
sanctus operatur plenius istud scilicet indu/
ctionem auditorum ad faciendum que predi/
cat. Hominis ergo est se preparare scilicet vt
bene dicat. Deum autem dirigere linguā. Et
vt dicit Augustinus in prefato libro de doctri
na christiana. Sapientia sine eloquentia parū
profuit quo ad populos. Eloquentia sine sapi
entia multum nocuit. Est enim vt gladius in
manu furiosi. Sapientia cum eloquentia mul
tum iuuat ⁊ operatur. Sanctus bernardinus
predicādo docebat: quia ipse vere doctus erat
vt etiam patet in sermonibus quos compila/
uit. Delectabat etiam auditores: adeo vt vni/
uersaliter omnes verbis suis reuocillarentur
tanqꝫ si sumerent sapidissimum cibum. Flecte
bat insuper ⁊ mouebat hominum affectus: vt
ostendemus in tertia conditione. Quare ipse
sufficientissime docuit ⁊ predicauit. ¶ Scd̄a

conditio predicationis sancti bernardini dici tur prudentia. Fuit enim prudentissimus ad euitandum omnia illa: a quibus predicatores verbi diuini debent abstinere: que sunt.
Falsitas.
Adulatio.
Iactantia.
Scandalum.
Contentio.
Superfluitas.
Leuitas.
Indiscretio.
¶ Primo abstinere dñt predicatores a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quacunqꝫ vtilitate que posset inde sequi: quia sic veritas fidei redderetur suspecta. argumentum di. ix. ca. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait. xxij. q. ij. ca. Primum. Ad salutem non debet quis peruenire opitulante mendacio. Et idem pertractans illud Apostoli. j. ad Corinthios. xv. ca. Inuenimur falsi testes. Perhorrendum est inquit aliquid falsi de deo dicere: etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore forsassis scelere in deo laudatur falsitas: q̄ vituperetur veritas. Et idem in libro de mēdacio. Mendacium maxime perniciosum est quod fit in his que ad religionem christianam pertinent. Ideo doctores tenent ꝙ siquis non ex lapsu lingue sed ex industria diceret mēdaciū in predicando mortaliter peccaret nec excusaretur si hoc faceret causa conuertendi animas ad deum: quia vt ait Apostolus. Deus non eget nostro mendacio. Tempore meo inuenti sunt aliqui fingentes ꝛ predicantes miracula falsa visiones excogitatas. Prophetias determinatas ſm suum sensum: ꝛ alia huiusmodi qui tamen euanuerunt in cogitationibus suis Nonnulli vo vt ignorantibus sapientes apparerent falsas allegationes ad suum propositum induxerunt. Unde dum quidam amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur ꝛ cōfirmationem cuiusdā sui dicti sententiam cōmentatoris qui tamen forte nec in aliquo cōmento dictum illud tāgebat: ꝛ dum falso allegasset cōmentatorem. j. de anima. iij. de anima. ij. phisicorū. iij. methaphisice ꝛ huiusmodi. Tandem multiplicando verba dixit Et hoc idē confirmat cōmentator. j. ethicorū iij. ethicorum. vij. ethicorū. qui tamen de ethicis non se intromisit. Ille idē fecerat sibi quādam cathenam doctorum ꝛ falso illos inducebat dicens. Et hoc refert Augustinus libro. ij de ciuitate dei. ꝛ. iij. de trinitate. ꝛ in Encheridion ꝛ huiusmodi. Ita ꝙ apud imperitos videbatur homo mirabilis: sed apud doctos ignarus ꝛ mendacijs plenus. ¶ Secundo predicatores abstinere debēt ab adulatione ne scilicet laudet populum in quibus reprehensibilis est quod est pessimum. Uel etiam de temporalibus magnificentijs nisi forte hoc secundum fiat temperate vt melius ferant correccionem duram immediate sequendam. Adulari enim peccatorib9 est graue peccatum: vt patet. xlvj. di. ca. Sunt nonnulli. Et clericus adulationi seruiens degradari debet: eadem di. ca. Clericus. Et nihil est miserius eo qui adulationib9 delectatur: vt dicitur. lxxxiij. di. ca. Nihil illo pastor. Et vtilius est peccantem seuere corrigere q̄ adulando palpare. v. q. v. ca. Non omnis Et vtilius est ꝛ melius pro veritate pati supplicium: q̄ pro adulatione beneficium. xj. q. iij ca. Nemo. Et adulatio prohibetur. C. Si quis aliquem testari prohibuerit. Et est adulatio sermo prolatus vt placeat. ¶ Tertio dñt predicatores cauere a iactantia. Sunt enim quidam qui semper de se bene dicunt ꝛ alios contemnunt: de quibus Gregorius ait. xlvj. di. ca. j. Habet hoc proprium doctrina arrogantium vt nesciant humiliter docere quod sciūt ¶ Quarto dñt predicatores cauere a scandalis prelatorum ꝛ aliorum maiorum vt non dicantur irrationabiliter eorum vitia. vnde sequitur ꝙ nec illi emendantur nec populi propter edificant aut meliores fiunt. Et precipue cauete agendum cum loquuntur predicatores de clericis: quia vt scribitur extra de immunitate ecclesiarum. ca. Clericis. Clericis laicos infestos oppido id est valde. ſm glosam tradit antiquitas. Idem. ij. q. vij. ca. Laicos. ꝛ ca. Laici ¶ Quinto dñt predicatores prudentes cauere a contentionibus cum alijs predicatorib9. vnde Apostolus. j. ad Thimotheum. iij. ca. ait Noli contendere verbis: ad nil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium. Nec ex hoc ꝙ alius habeat maiorem concursum qui sit ēt minus sciens predicator indignationem ostēdat. Nam ꝛ christus indignatus non fuit ꝙ aliquando ioannes baptista fuerit in maiori opinione populi q̄ ipse. Si autem audit aliū predicatorem dicere aliqua que nō sunt reprobata nec contra fidem vel bonos mores sed

dubia:q̄ꝫuis ipse nō sit illius opiniōis sufficit
sibi dicere opinionē suam cum suis rationibꝰ
⁊ non impugnet alium odiose:quia hoc est in-
trare contentiones ⁊ scandaliçare populos.
Si etiam audit predicatorem alium dixisse cō
tra fidem ⁊ bonos mores vel determinata ꝑ
ecclesia; non credat faciliter nisi audiat a fide
dignis. Et tunc corrigat eum fraternaliter vt
retractet. Quod si ille noluerit facere tunc pu
blice predicandum contra ipsum. Si autem
predicator ipse admonitus errauit debet pa
tienter audire ⁊ se corrigere dictaqꝫ sua erro
nea emēdare. ¶ Sexto predicatores prudētes
debent abstinere a superfluitate ⁊ nimia pro
lixitate:quia vt prouerbio dicitur. Gaudent
breuitate moderni.ff.qđ metꝰ causa.l.j. Et.C.
de appellationibus.l. Ampliorem.§. In refu
tatorijs. Et.C.de precibus imperatori offeren
dis.l.Simili.vnde Gregorius in omelia ait.
Alimenta que minus sufficiūt auidius sumū
tur. ¶ Septimo abstinere dn̄t predicatores
a leuitate ne dicant verba ociosa ⁊ fabulas ad
prouocandum risum. Et si aliquādo opus est
facere populum attentum cuꝫ aliqua modesta
facecia temperate fiat ⁊ raro. Non sit etiam le
uis predicator ad ferendam sentētiam de quo
libet actu ꝙ sit peccatum mortale. Et in omni
bus vtatur grauitate sicut bos lapsus qui for
titer figit pedeꝫ. ¶ Octauo abstinere dn̄t pre-
dicatores ab indiscretione. Nam quidā inter
mulierculas de subtilitatibus theologie predi
cant. Alij doctis ⁊ sapientibus viris fabulas
narrant. Nonnulli in precipuis ⁊ maximis ie
su christi ⁊ virginis matris aliorumqꝫ sancto
rum solennitatibus de ludo alee:de blassemia
de vsura ⁊ similibus predicant. Nihil de copi
osa materia festiuitatum occurrente tangen
tes. Heu non possum non accusare quendam
qui in die natiuitatis iesu christi in ciuitate ne
ritonensi de sodomia totum sermonem conte
xuit:cum tamen miranda occurrant de natiui
tate christi iocunda. Pleriqꝫ etiam dum con
tra vitia inuehūt omi honestate demissa talia
loquuntur ⁊ dicunt qualia etiaꝫ in ore lenonū
turpissima viderentur. Hi nolunt audire ver
ba sancti francisci qui sic in regula fratruꝫ mi
norum sanctissime retulit. Moneo quoqꝫ ⁊
exhortor eosdem fratres meos in domino iesu
christo vt in predicatione quam faciunt sint
examinata ⁊ casta eorum eloquia ad vtilitatē
⁊ edificationem populi. Annunciando vitia
⁊ virtutes:penam ⁊ gloriam cuꝫ breuitate ser
monis. In omnibus predictis prudentissimꝰ
fuit pre ceteris predicatoribus horum tempo
ruꝫ dux ille verbi sanctus Bernardinus. Nā
semper recte incessit predicauitqꝫ veritatem
sine falsitate: sine fictionibus:sine adulatione
cum honore ⁊ reuerentia prelatorum ⁊ to-
tius cleri: cum humilitate in verbis ⁊ factis:
cum patientia ad contentiones vitandas: cū
mensura ⁊ modo: cum grauitate ⁊ discretiōe
multa adeo ꝙ exceptis emulis eius sermo gra
tus dulcis ⁊ delectabilis fuit omnibus doctis
pariter ⁊ indoctis viris ⁊ mulieribus cunctis-
qꝫ generibus hominuꝫ:prout omnis italia cla
re firmiterqꝫ testatur. ¶ Tertia conditio pre-
dicationis sancti bernardini dicitur efficacia.
Predicauit enim cum admirabili animarum
fructu adeo ꝙ omnes italie ciuitates ⁊ maio-
res ⁊ mediocres ⁊ minores pro maiore parte
sua doctrina reduxit ad christum. Ipse pecca-
tores ꝯuertit. Ipse vsuras extinxit. Ipse mul
tos habitum religionis induit. Ipse fratrum
de obseruantia loca ⁊ monasteria ꝯstrui fecit.
Ipse discordantes ad pacem reduxit. Ipse ad
festa colenda populos traxit. Ipse deniqꝫ cun
ctos mares ac mulieres vt deū timerent ama
rent allexit. Testantur hec omia preclarissime
incliteqꝫ italie vrbes. Roma:sena:perusia:flo
rētia:bononia:ferraria:venetia:padua: vero-
na:vincentia:brixia:mediolanuꝫ:ianua: ⁊ alie
q̄ꝫplures. In quibus ita efficaciter seminauit
verba vite vt vsqꝫ in presentem diem adhuc
gustentur fructus predicationū suarū. Quin
imo ⁊ siqui post ipsum in officio predicandi
clari sunt habiti vt fratres Joannes de capi-
strano: Jacobus de marchia: Matthēꝰ de si-
cilia: Antonius de botonto: Andreas de san-
cto geminio: Joannes de prato: Jacobus de
donçellis de bononia: Herculanus de perusio
Franciscus de treuio: Siluester de senis: An-
tonius de arimino: Michael de mediolano:
Bartholomeus de ayano: Antonius de ver-
cellis: Seraphinus de gaieta. Cherubinus de
spoleto: Franciscus de spoleto: Hieronymus
de florentia: Dominicus de gonessa: Jacobus
de gallio: omnes fratres minores in hoc gene
re dicendi famosissimi ⁊ quicunqꝫ alij etiam
de alijs ordinibus mendicantium pro maio-
ri parte conati sunt imitari modum ⁊ regulaꝫ
atqꝫ stilum ipsius sancti bernardini. Adhuc ⁊
multi ex his sermones illius: populis pronun

ciarunt qui fructus vberrimos produxerunt. Ego etiam qui de bernardino ⁊ si incomposite tamen non sine deuotione precipua ista refero: omnem italiā lustraui predicauiq́ʒ quadraginta annis euangelium iesu christi: bernardinum habui in stilo pronunciandi necnō scribendi patrem ⁊ preceptorem. Et licet illū non viderim legi tamen sermones amenissimos quos compilauit. Predicaui ⁊ illos quādoq́ʒ lʒ postmodū alias ego ꝯfecerim. Quod vtiq́ʒ nō ex presumptione sed charitate ac necessitate temporum volui tentare. Nam ⁊ ꝓpter studia humanitatis quibus iam completa est omnis italia ⁊ propter virorum doctissimorum in qualibet facultate copiam ac etiā propter subtilitatem populorum qui quodāmodo propter multarum predicationum frequentiam effecti sunt curiosi: consulte visum est mihi agere vt sermones illos contexerem Quare vt partem istam expediam concludo ꝙ sanctus Bernardinus fructuosissime predicauit.

¶ Qualiter deus honorauit sanctum bernardinum: in miraculis: in canoniçatione: ⁊ in gloria beata.

¶ Capitulum. iij.

Tertia excellentia predicatiōis sancti bernardini: dicitur honorationis. Voluit enim deus honorare illum triplici honore.
Primus dr̄ miraculose rutilationis.
Scd̄us solennis canoniçationis.
Tertius superne glorificationis.

¶ Primus honor fuit miraculorum rutilantium. Multa equidē miracula visa sunt de sācto isto. Nam eo mortuo in vigilia ascensiōis iesu christi: dum fratres eius socij in aquilano conuentu corporē in cellula cum luminaribus solo dimisso incederent vt capsa celeriter fieret in qua corpus illud reconditum senas trāſportarent. Quidam adolescens pasqualis nomine per multos annos claudus qui nec rectus incedere poterat sed manibus reptando ibat: cuius genua carnosa dura erant ⁊ tumida a spiritu sancto inspiratus sic reptando vt potuit ad corpus sancti bernardini peruenit: ⁊ deuotione inflammatus tetigit faciem eius ⁊ inde genua sua cū fide infusa mirabili commendans se sancto viro. Mox in pedes surrexit sanus ⁊ liber ⁊ currendo cum lachrymis ⁊ clamoribus exultationis ad ecclesiam properauit. Sentiunt omnes voces: vident liberum quem viderant vsu ambulandi priuatū. Mirantur: gratias referunt omnipotenti deo ⁊ sancto bernardino. Commouetur ciuitas tota ⁊ fit concursus virorum ac mulierum. Ciues Xᵒ corpus ad ecclesiam cum hymnis ⁊ laudibus ⁊ armatorum custodia deferri faciunt: socijs atq́ʒ sancti referunt ne thesaurum ipsis a deo datum inde amouere presumant. Vidi ego illum pasqualem ⁊ secum locutus sū qui retulit omnia que narrata sunt. Eodem die iuuencula quedam nomine partia que mēsibus pluribus in lecto iacuerat nec per seipsā poterat ambulare: patiebatur etiam vulnera quedam que fistule dicuntur a medicis: audiens sanatum pasqualem suppliciter expostulauit ad corpus sancti deferri. Quo cum peruenisset orationeq́ʒ facta incolumis redijt domum non solū restituta viribus corporis sed etiam eodem instanti a fistulis perfecte sanata. Hanc ego allocutus sum ⁊ parentes ac vicinos eius qui omnes affirmarunt sic esse vt expositum est. Sicilia de spoleto vxor nobilis viri francisci nō valens se mouere de lecto cū sic per plures ānos molestata fuisset: deducta ad corpus sancti bernardini restituta est optime sanitati. Et hec omnia retulerunt multi spoletini etiam ⁊ ipsa que prima erat in ecclesia maiore dum ibi vna quadragesima predicaui. Alia mulier de populo que annis trigintaseptem omni vsu ambulandi priuata extiterat ducta ad corpus sancti bernardini mox sanitatem adepta est. Hanc ego vidi sanam ⁊ robustam ac si nullum antea malum passa fuisset. Sunt ⁊ alia istius sancti miracula multa vsq́ʒ in hodiernū diem. Ad sacrum cuius tumulum frequenter membra languentum mō sanitati q̄libet morbo fuerit grauata restituūtur. ¶ Secundus honor quo deus honorauit sanctum bernardinum dicitur solennis canoniçationis. Fuit equidem canoniçatus cū multa solennitate ⁊ magnificentia pre ceteris q̄s vidimus canoniçari. Nam tempore meo eugenius quartus canoniçauit sanctum nicholaum de tolentino. Calixtus tertius sanctū vincentium ⁊ sanctum osimundum. Pius secundus sanctam catherinam de senis. Sixtus q̄rtus sanctum bonauenturam. Et Nicholaus quintus sanctum bernardinum. Sed in canoniçatione istius multa concurrerunt facientia ad gloriam eius: videlicet annus iubileus quo ex omnibus christianorum partibus mul

titudo maxima confluebat ad vrbem. Et dies penthecostes festum vtiqȝ solennissimuȝ. Et generale capitulum fratrum minoruȝ in quo conuenerunt vltra quinqȝ milia fratrum. Et ego de ipso post canoniçationem sermonem ad populum habui in quo concurrerunt multa milia virorum ac mulierum. ¶ Tertius honor quo deus honorare voluit sanctum bernardinum dicitur superne glorificatõnis. In celesti nanqȝ patria vltra essentiale premium coronatur aureola que debetur doctoribus de qua diximus in opere de laudibus sanctorum in sermode de sancto petro martyre. Dicere itaqȝ possumus illud psalmiste. Magna est gloria eius: magna vtiqȝ in ecclesia militante maior in ecclesia triumphante. Quare conuenienter de ipso referre possumus quod de paulo primo heremita in sua vita Hieronymus scribit. Si mihi inquit lectionem optione dominus dignaretur concedere magis eligereȝ tunicam pauli cum meritis eius: ita et sancti bernardini qȝ regum purpuras cum gemmis suis. Deprecemur ergo deum celi vt per merita tanti sancti dignos efficiat nos sua gratia. Et tandẽ ad vitam perducat eternam. Amen



Registrum

a
alba
In nomine
conditionum
Et.xj.c.

b
materia ⁊
incarnatione
reparatus
vbiq3 est

c
in celum
habitu dicens
num vel
captiuitate

d
populus
sit adhibitum
salutis nostre
Aplus ad

e
erat in illa
aliquis
tñ videtur
claritatis

f
nec iustus
Qualiter crux
orasset ꝯtinuo
amabilis

g
ad patiendum
per voluntatem
Quare aũt
exposuerit

h
beatam: vt
comestionis
gentiles.c.
milibus patet

i
Samiorum
ergo iam sunt
bilitas. Erunt
aliud esse

k
absolute
recuperata
aũt non
Multaq3

l
remansit
etiam dicit
nis maria
contra hoc

m
ab omnibus
refert magister
pto semine
enim erat

n
Sed ego
erunt h loco
Quarta
sitauit illam

o
per aliquam
nibus depre
crederetur
verba grãs

p
morte violenta
vj.ca. ꝙ
priuilegium
etiã operationes

q
cause preter
⁊ laudabilis
corporum:
diuine grẽ

r
deum in suo
certitudinaliter
tudinem
nis tanti

s
esto curialis
Capitulum.j.
attente.
uersalium:

t
ait: profluens
teri poterant
nandum
bus ꝓprium

v
Sermo
accipit ⁊
Secundum
calipsis.iij.c.

x
simi pr̃is
doctorum
cipalis cã
eius fluent

y
sconia
vrbis epo
Statuto aũt
annis visu

z
Cꝶ quinq3
ue reprobum
dus dicendi est
Secunda

⁊
oi diligentia
illorũq3
Capitulum.j.
tibi argumẽtosa

ꝯ
mutabunt
Tertiũ quo
de ad pedes
se habebat

A
Sermo
oi deuotione
conditio

Clarissimi ac celeberrimi preconis Fratris Roberti Caraçoli de Licio: Ordinis minorum: Pontificis Aquinatis: opus de laudibus sanctoruz accuratissime per Georgium Arriuabenũ Venetijs Impressuz: Anno a natali christiano. M.cccc.lxxxix. Nonis Quintilibus.

Deo Gratias.

